

THE SARUM RITE
Missale Sarisburiense cum nota.

Tomus A.
Fasciculus 3.
Pagine 169-242.

Proprium de tempore.
A vigilia epiphaniam Domini
usque ad quinquagesimam.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMXVI.

The Sarum Rite is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, 45 Mercer Street, Dundas, Ontario, Canada L9H 2N8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

The Sarum Rite is distributed over the internet through .pdf files located at: www.sarum-chant.ca

This document first published January 1, 2016.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2016.

¶ In vigilia epyphanie.

Ad missam. Officium.



Ux fulgēbit hódie super nos : quia natus est nobis Dóminus : et vocábitur 010-01.
admirábilis Deus, princeps pacis, pater futúri séculi : cujus regni non erit
finis. Ps. Dóminus regnávít decórem indútus est : indútus est Dóminus 010-02.

fortitúdine er precínxit se. Glória. 99.

*Hac die si dominica fuerit : dicitur cantus super Kýrie. Glória in excélsis. Sanctus. et
Agnus. sicut in festo simplici ix. lectionum. Si vero dominica non fuerit : [tunc]¹ dicitur
cantus [super Kýrie. Glória in excélsis. Sanctus. et Agnus.]² sicut in festo iij. lectionum
sine regimine chori : et [tunc]³ non dicitur Glória in excélsis. nec Credo. nec Ite missa est.
quia quasi vigilia habetur, tamen dyaconus et subdyaconus dalmatica et tunica utantur.⁴*

Oratio.

Orda nostra quésumus Dómine
ventúre festivitátis splendor il-
lústret : quo mundi hujus ténebris

carére valeámus, et perveniámus ad
pátriam claritátis etérne. Per Dómi-
num.

¶ *Memoria de sancto Thoma [oratio Deus pro cujus.]⁵ ut supra, 139. et de sancto
Edwardo rege et confessore.*

Oratio.

Deus qui unigénitum Fílium tu-
um Dóminum nostrum Jesum
Christum, gloriosíssimo regi Edwárdo
in forma visíbili demonstrásti : tribúe

quésumus : ut ejus méritis et précibus
ad etérnam ipsíus Dómini nostri Jesu
Christi visiónem pertíngere mere-
ámur.⁶ Qui tecum.

*Non dicuntur plures vel pauciores orationes ad hanc missam : sive dominica fuerit, sive
non.*

*Epistola. Appáruit benignitas. ut supra in nocte nativitatis Domini ad secundam
missam. 101.*

*Gradale. Benedíctus qui venit in nómine Dómini : Deus Dóminus et illúxit nobis. 010-04.
V. A Dómino factum est istud : et est mirábile in óculis nostris. 101. 010-05.*

- 010-06. *Sive dominica fuerit sive non : semper hac die dicitur Allelúya. V̇. Dóminus regnávít decórem índuit : índuit Dóminus fortitúdinem et precínxit se virtúte. 102.*
[sed]⁷ non dicitur sequentia.

¶ [Evangelium]⁸ secundum Mattheum. ij. [19-23.]

IN illo témpore. Defúncto Heróde :
Ecce ángelus Dómini appáruit in
somis Joseph in Egýpto dicens, Surge
et áccipe púerum et matrem ejus : et
vade in terram Israel : defúncti sunt
enim qui querébant ánimam púeri.
Qui consúrgens accépit púerum et
matrem ejus : et venit in terram Israel.

Audiens autem quod Archeláus reg-
náret in Judéa pro Heróde patre suo :
tímuit illo ire. Et admónitus in som-
nis, secéssit in partes Galilée : et
véniens habitávit in civitáte que
vocátur Názareth : ut adimplerétur
quod dictum est per prophétas : [17v.]
Quóniam Nazaréus vocábitur.

- 010-07. *Offertorium.* Deus enim firmávit orbem terre, qui non commovébitur, paráta sedes
tua Deus ex tunc : a século tu es. 105.

Secreta.

TRíbue quésumus Dómine : ut
eum preséntibus immolémus
sacrificiis : et sumámus quem ventúre

sollemnitátis pia múnera prelocuúntur :
Dóminum nostrum Jesum Christum
Fílium tuum. Qui tecum.

De sancto Thoma secreta ut supra. [Salutáris hóstia.]⁹ 144.

¶ *Alia secreta de sancto Edwardo.*

SAcris altáribus assisténtes nos
Dómine quésumus Spíritus
Sancti luce perfúnde : ut quod tibi in
honóre beáti regis Edwárdi devóte

offérimus : nobis ipso interveniénte
fiat remédiu salutáre. Per Dómi-
num. In unitáte ejúsdem.

Prefatio quotidiana.

- 017-08. *Communio.* Tolle púerum et matrem ejus : et vade in terram Juda, defúncti sunt
enim qui querébant ánimam púeri. 153.

Postcommunio.

D A nobis quésumus Dómine, digne celebráre mystérium : quod in nostri salvatóris infántia	 	miráculis choruscántibus declarátur : et corporálibus increméntis manifesta designátur humánitas. Per eúndem.
--	----------------	---

¶ *Alia postcommunio de sancto Thoma ut supra. [Adjuvet.]*¹⁰ 145.

De sancto Edwardo.

Postcommunio.

V Itális alimónie convívio sagináti, quésumus Dómine Deus noster : ut beáti regis Edwárdi confessóris tui	 	suffragántibus méritis : celéstis convívii mereámur esse partícipes. Per Dó- minum.
--	----------------	---

¶ In nocte epyphanie.

[In nocte vero epyphanie dum ix. R̄. canitur cum suo V̄. et Glória Patri. procedat diaconus ad thurificandum altare cum subdiacono et thuribulare et cerofenario et accolito crucem ferente omnibus solemni apparatu induti accepta prius benedictione ab executore officii per medium chori in pulpitu[m] accedat ad cantandum hoc evangelium.]¹¹

Post ix. R̄. cantetur hoc evangelium.


1508:36v; AS:88; 1519:108r; 1531:53r; 1513:17v.¹²

IV. sar0705.  Omi-nus vo-bis-cum. R̄. Et cum spí-ri-tu tu- o.





V̄. Sequén-ti- a sanc- ✠ -ti E-van-gé- li- i ✠ se-cúndum




Lu- ✠ -cam. R̄. Gló-ri- a ti-bi Dómi-ne.

1508:36v; AS:88; 1519:108r; 1531:53r; 1513:17v.¹³

Lect. III. 850113. [iij. 21.]  Ac-tum est au-tem cum bap-ti- za-ré- tur omnis





pópu- lus : et Je-su bap-ti-zá- to et o- ránte, a-pér-tum



est ce-lum. Et descén-dit Spí- ri-tus Sanctus corpo- rá-

In nocte epyphanie.



li spé- ci- e si- cut co- lúmba in ip- sum. Et vox de
ce- lo fac- ta est, Tu es Fí- li- us me- us di- léc- tus :
in te complá- cu- it michi. Et ip- se Je- sus e- rat
in- cí- pi- ens qua- si annó- rum tri- gín- ta : ut pu- ta- bá-
tur fí- li- us Jo- seph. Qui fu- it He- ly. Qui fu- it
Mathat. Qui fu- it Le- vi. Qui fu- it Melchi. Qui fu- it
Janne. Qui fu- it Jo- seph. Qui fu- it Matháthi- e. Qui
fu- it A- mos. Qui fu- it Na- um. Qui fu- it Hesli.

In nocte epyphanie.



Qui fu- it Nagge. Qui fu- it Ma- hath. Qui fu- it Mathá-
thi- e. Qui fu- it Séme- i. Qui fu- it Jo- seph. Qui fu- it
Ju- da. Qui fu- it Jo- hán- na. Qui fu- it Re- sa. Qui fu-
it Zo- ró- ba- bel. Qui fu- it Sa- láthi- el. Qui fu- it Ne- ri.
Qui fu- it Melchi. Qui fu- it Addi. Qui fu- it Cho- sam.
Qui fu- it Elmá- dan. Qui fu- it Her. Qui fu- it
Je- su. Qui fu- it E- li- é- ser. Qui fu- it Jo- rim. Qui
fu- it Ma- that. Qui fu- it Le- vi. Qui fu- it Sýme- on.


In nocte epyphanie.

Qui fu- it Ju- da. Qui fu- it Jo- seph. Qui fu- it
Jo- na. Qui fu- it E- li- áchim. Qui fu- it Mé- le- a.
Qui fu- it Menna. Qui fu- it Mathá- tha. Qui fu- it
Nathan. Qui fu- it Da- vid. Qui fu- it Jes- se. Qui
fu- it Obeth. Qui fu- it Bo- oz. Qui fu- it Salmon.
Qui fu- it Na- á-son. Qui fu- it Amí- na- dab. Qui fu- it
A- ram. Qui fu- it Esrom. Qui fu- it Pha- res. Qui
fu- it Ju- de. Qui fu- it Ja- cob. Qui fu- it Y- sa- ac.


In nocte epyphanie.

Qui fu- it Abra-he. Qui fu- it Tha-re. Qui fu- it
Nachor. Qui fu- it Se- ruch. Qui fu- it Rá-ga-u.
Qui fu- it Pha-lech. Qui fu- it He-ber. Qui fu- it Sa-le.
Qui fu- it Chá-y- nam. Qui fu- it Arpháx-at. Qui fu- it
Sem. Qui fu- it No-e. Qui fu- it La- mech. Qui fu- it
Mathu-sá-le. Qui fu- it Enoch. Qui fu- it Ja- reth.
Qui fu- it Ma-lá-le-el. Qui fu- it Chá-y- nam. Qui
fu- it Enos. Qui fu- it Seth. Qui fu- it Adam. Qui

In nocte epyphanie.



fu- it De- i. Je-sus au- tem ple-nus Spí-ri-tu Sancto,



regréssus est a Jor-dá-ne.

*Finito evangelio [statim]¹⁴ sacerdos [in stallo suo]¹⁵ in cappa serica [alta voce incipiat]¹⁶ [18r.]
psalmum Te Deum laudámus. [Breviarium, [44].]*




¶ *In die epyphanie.*


Ad missam. Officium. II.

GS:pl. j; 1508:38r; 1513:18r.

018-01.



C-ce * advé- nit Dómi- ná-tor Dó-mi- nus : et



regnum in ma- nu e- jus et po- téstas et impé-

018-02.



ri- um. *Ps.* De- us ju- dí- ci- um tu- um re- gi da : et



justí-ci- am tu- am fí-li- o re-gis.

Glória Patri.

Kyrie Fons [bonitátis].¹⁷ **XX.**

Oratio.

Deus qui hodiérna die unigénitum tuum géntibus stella duce revelásti : concéde propícuis, ut qui jam te


ex fide cognóvimus : usque ad contemplándam spéciem tue celsitúdinis perducámur. Per eúndem.

*Lectio*¹⁸ *Isaie prophete. lx. [1-6.]*

Surge illumináre Hierúsalem : quia venit lumen tuum : et glória Dómini super te orta est. Quia ecce ténebre opérient terram : et caligo pópulos. Super te autem oriétur Dóminus : et glória ejus in te vidébitur. Et ambulábunt gentes in lúmine tuo : et reges in splendóre ortus tui. Leva in circúitu óculos tuos et vide : omnes isti congregáti sunt, venérunt tibi. Fílii tui


de longe vénient : et filie tue de látere surgent. Tunc vidébis et áfflues : mirábitur et dilatábitur cor tuum : quando convérsa fúerit ad te multitúdo maris : fortitúdo géntium vénerit tibi. Inundátio camelórum opériet te : dromedárii Mádian et Effa. Omnes de Sabba vénient : aurum et thus deferéntes : et laudem Dómino annúciántes.

GS:19, pl. j; 1508:38r; 1513:18r.¹⁹



M- nes * de Sa- ba vé- ni- ent :

018-05.



au- rum et thus de-fe-réntes et laudem Dómi-no an-

In die epyphanie.

018-06.


nun- ci- antes. Surge et
il-lumi-ná- re Hie-rú- sa- lem
qui- a gló- ri- a Dó- mi-ni su- per te or-ta
* est.

GS:19; 1508:38v; 1513:18r.²⁰

018-07.

Alle.
II.


L-le-lú-ya. * Surge Ví- di-
mus stel-lam e- jus in o-ri- én-
te : et vé-ni- mus cum mu-né- ri-bus



a-do-rá-re * Dó- mi-num.

1508:38v; 1513:18r.²¹


Seq.
VIII.




- piphá-ni- am Dómi-no * ca-námus glo-ri- ó- sam.




Qua pro-lem De- i ve-re ma-gi a-dó- rant. Imménsam Cál-




de- i : cu- jus per se- cla, ve- ne- rántur po- ténti- am. Quem




cuncti prophé- te : pre- cí- ne- re ventú- rum gentes ad sal-



vándas. Cu- jus má- jestas i- ta est incli- ná- ta : ut assúme- ret



servi formam. Ante sé- cu- la qui De- us et témpo- ra : homo




factus est ex Ma- ri- a.

In die epyphanie.

Sequens V. dicitur ter.



Bá-la-am in quo va-tí-ci-nans ex-í-bit ex Ja-cob, rú-ti-lans



inquit stel-la.

[Et cantus hujus versus Bálaam. dicatur super Benedicámus. cum Allelúya. ad utrasque vespervas et ad matutinas secundum usum Sarum ecclesie.]²²




Et confrínget du-cum ágmi-na : re-gi-ó-nis Mo-ab máx-i-




ma po-ténti- a. Hu- ic ma-gi mú-ne-ra de-fé-runt preclá-ra :



aurum simul, thus, et mir-ram. Thu-re De-um pré-di-cant :



auro re-gem magnum : hó-mi-nem mortá-lem mir-ra.



In somnis hos monet ánge-lus : ne ré-de-ant ad re-gem

In die epyphanie.

commó-tum, propter reg-na. Pa-vé-bat é-te-nim ními-um
re-gem na-tum : ve-rens amítte-re regni ju-ra. Ma-gi si-
bi stel-la mi-cánte pré-vi-a. Pergunt á-lacres i-tí-ne-ra
pá-tri-am. Que e-os du-cé-bat ad própri-am : linquéntes
He-ró-dis mandá-ta. Qui percússus corde : ními-um pre-
i-ra. Ex templo mandat, infántu-los per cuncta.
Inquí-ri Béthle-em confi-ni-a : et mox pri-vá-ri e-os
vi-ta. Omnis nunc cá-terva tínnu-lum jungat láudi-bus

The musical score consists of ten staves of music. Each staff begins with a treble clef and a common time signature (C). The notes are represented by square black symbols on a five-line staff. The lyrics are printed below each staff, with some words hyphenated across lines. Above the musical notation, there are several performance markings: *g*², *b*¹, *b*², *i*¹, *b*³, *b*⁴, and *k*¹. The score is divided into sections by double bar lines.

In die epyphanie.

órga-ni neuma. Mýsti-ce óffe-rens re-gi re-gum Christo,
 mú-ne-ra pre-ci-ó-sa. Poscens ut per orbem : reg-na ómni-
 a pró-te-gat, in sé-cu-la sempi-térna.

[*Evangelium*]²³ *secundum Matheum. ij. [1-12.]*

[18v.] **C**um²⁴ natus esset Jesus in Béthleem Jude²⁵ in diébus Heródis regis : ecce magi ab oriénte venérunt Hierosólymam dicétes, Ubi est qui natus est rex Judeórum ? Vidimus enim stellam ejus in oriénte : et venímus adoráre eum. Audiens autem Heródes rex turbátus est : et omnis Hierosólyma cum illo. Et cóngregans omnes príncipes sacerdotum et scribas pópuli : sciscitabátur ab eis ubi Christus nascerétur. At illi dixerunt ei,²⁶ In Béthleem Jude. Sic enim scriptum est per prophétam, Et tu Béthleem terra Juda : nequáquam mínima es in princípibus Juda. Ex te enim éxiet dux qui regat pópulum meum Israel. Tunc Heródes clam vocátis magis : diligénter dídicit ab eis

tempus stelle que appáruit eis. Et mittens illos in Béthleem dixit, Ite et interrogáte diligénter de púero : et cum invenéritis renunciáte michi : ut et ego véniens adórem eum. Qui cum audíssent regem abiérunt. Et ecce stella quam víderant in oriénte, antecedébat eos : usque dum véniens staret supra ubi erat puer. Vidétes autem stellam gavísi sunt gáudio magno valde. Et intrátes domum invenérunt púerum cum María matre ejus : et procidétes adoravérunt eum. Et apértis thesáuris suis obtulérunt ei múnera, aurum, thus, et myrram. Et respónso accépto in somnis, ne redírent ad Heródem : per áliam viam revérsi sunt in regiónem suam.

In die epyphanie.

GS:19; 1508:39v; 1513:18v.²⁷


Offert.

V.




Eges Tharsis * et ín- su- le mú- ne- ra


018-08.




óf- fe- rent : re- ges A- ra- bum et Sa- ba



do- na ad- dú- cent, et a- do- rá- bunt e- um om-



nes re- ges ter- re : om- nes gen- tes sér- vi-



ent e- i.

Secreta.

Ecclésie tue quésumus Dómine
dona propícuis intuére : quibus
non jam aurum, thus, et mirra
profértur : sed quod eisdem munéribus

declarátur, immolátur et súmitur :
Jesus Christus Dóminus noster. Qui
tecum.

Prefatio. Quia cum Unigénitus. **XX.**

Hec prefatio dicatur per totas octavas et in octavis, et Communicántes. similiter.

In die epyphanie.

GS:19; 1508:39v; 1513:18v.²⁸

018-12. Comm. III.

I-di-mus * stel-lam e-jus in o-ri-énte : et
vé-nimus cum mu-né- ri- bus a-do-rá-re Dómi- num.

Postcommunio.

¶	Resta quésumus omnípotens	officio : purificáte mentis intelligéntia
	Deus : ut que solémni celebrámus	consequámur. Per.

Quotidie infra octavas dicitur eadem missa : sed sine sequentia, et [sine]²⁹ Credo. Tamen in dominica dicitur Credo. sed nulla³⁰ sequentia.

¶ *Dominica infra octavas [epiphanie].*

Ad missam : dicitur cantus super Kýrie. Glória in excélsis. Sanctus. et Agnus. per ordinem sicut infra octavas cum regimine chori habetur. Cetera sicut in die preter sequentiam cum hoc evangelium.

¶ *Secundum Johannem. j. [29-34.]*

IN illo témpore. Vidit Johánnes Jesum veniéntem ad se : et ait, Ecce Agnus Dei : ecce qui tollit peccáta mundi. Hic est de quo dixi, Post me venit vir qui ante me factus est : quia prior me erat, et ego nesciébam eum. Sed ut manifestétur in Israel : proptérea veni ego in aqua baptízans. Et testimónium perhíbuit Johánnes, dicens, Quia vidi Spíritum descen-

déntem quasi colúmbam de celo : et mansit super eum : et ego nesciébam eum. Sed qui misit me baptízare in aqua ille michi dixit, Super quem vidéris Spíritum descendéntem et manéntem super eum : hic est qui baptízat in Spíritu Sancto. Et ego vidi et testimónium perhíbui : quia hic est Fílius Dei.

¶ *Quod si dominica infra octavas non evenerit : tunc in quarta feria infra octavas legatur hoc predictum evangelium.*

¶ *Tertia³¹ die infra octavas fiat memoria de martyribus Luciano, sociorumque ejus cum oratione de communi plurimorum martyrum. XX.*

[19r.]

¶ *In octava epyphanie.*

[*Ad missam.*]³² *Officium.*

018-01.



Cce ádvenit dominátor Dóminus : et regnum in manu ejus : et potéstas et

018-02.

impérium. *Ps.* Deus iudícium tuum regi da : et justíciam tuam filio regis.

Glória Patri. 176.

Oratio.

Deus cujus Unigénitus in sub-
stántia nostre carnis appáruit :
presta quésumus ut per eum quem

similem nobis foris agnóvimus : intus
reformári mereámur. Qui tecum.

¶ *Memoria de sancto Hilario [confessore].*³³

Oratio.

Adésto Dómine supplicatióibus
nostris : et intercessióne beáti
Hilárii confessoris tui atque pontíficis,

cujus depositiónem celebrámus : per-
pétuam nobis misericórdiam benignus
impénde. Per Dóminum.

Memoria de sancta Maria. Deus qui salútis [etérne].³⁴ **XX.**

¶ *Lectio*³⁵ *Isaie prophete. xij.*³⁶

Domine Deus meus honorificábo
te : laudem tríbuam nómini tuo,
qui facis mirábiles res. Consílium
tuum antiqúum verum fiat. Dómine
excélsum est bráchium tuum : Deus
sabaoth : coróna spei, que ornáta est
glória. Exúltet desértum, et exúltent
solitúdines Jordánis : et pópulus meus
vidébit altitúdinem Dómini, et ma-
jestátem Dei : et erit congregátus et
redémptus per Deum. Et véniet in
Syon cum glória³⁷ et letícia sempitérna :
super caput ejus laus et exultátio. Et

apériam in móntibus flúmina : in
médiis campis fontes disrúmpam : et
terram sitiéntem sine aqua infúdam.
Ecce puer meus exaltábitur et ele-
vábatur : et sublímis erit valde. Hau-
riétis aquas in gáudio de fóntibus
salvatoris : et dicétis in illa die
confitémini Dómino et invocáte
nomen ejus. Notas fácite in pópulis
virtútes ejus : cantáte Dómino quia
mirabília fecit. Annunciáte hec in
univérsa terra : dicit Dóminus om-
nípotens.

Gradale. Omnes de Sabba vénient, aurum et thus deferéntes et laudem Dómino annuciántes. *V.* Surge et illumináre Hierúsalem : quia glória Dómini super te orta est. 177. 018-05. 018-06.

Allelúya. *V.* Vídimus stellam ejus in oriénte : et venímus cum munéribus adoráre Dóminum. 178. 018-07.

Non dicitur sequentia : licet dominica fuerit.

¶ *Secundum Mattheum. iij. [13-17.]*

IN illo témpore. Venit Jesus a Galiléa in Jordánem ad Johánnem : ut baptizarétur ab eo. Johánnes autem prohibébat eum dicens, Ego a te débeo baptizári : et tu venis ad me ? Respóndens autem Jesus dixit ei, Sine modo : sic enim decet nos implére omnem justíciam. Tunc dimísit eum.

Baptizátus autem Jesus conféstim ascéndit de aqua : et ecce apérti sunt ei celi : et vidit Spíritum Dei descendentem sicut colúmbam et veniéntem super se. Et ecce vox de celis dicens, Hic est Fílius meus diléctus in quo michi bene complácu.

Offertorium. Reges Tharsis et ínsule múnera ófferent : reges Arabum et Sabba dona addúcent, et adorábunt eum omnes reges terre : omnes gentes sérvient ei. 183. 018-08.

Secreta.

Hostias tibi Dómine pro nati Fílii tui apparitióne deférimus suppliciter exorántes : ut sicut idem nos-

trórum auctor est múnerum : ita ipse sit miséricors et suscéptor, Jesus Christus Dóminus noster. Qui tecum.

¶ *Alia Secreta de sancto Hylario.*

Sancti Hyláarii précibus tibi Dómine quésumus grata reddátur

oblátio : pro cujus est depositiÓne immolánda. Per.

Prefatio Quia cum Unigénitus. *et* Communicántes. *ut in die.* **XX.**

Communio. Vídimus stellam ejus in oriénte : et venímus cum munéribus adoráre Dóminum. 184. [19v.] 018-12.

In octavis epyphanie.

Postcommunio.

Celésti nos quésumus Dómine lú-
mine semper et ubíque prevéni :
ut mystérium cuius nos partícipes esse

voluísti : et puro cernámus intúitu, et
digno percipiámus efféctu. Per.

Alia postcommunio de sancto Hylario.

Sumpsimus ³⁸ Dómine pignus
redemptiónis etérne : sit nobis
quésumus interveniénte beáto Hylário


confessóre tuo atque pontífice, vite
présentis auxiliúm, páriter et futúre.
Per Dóminum.

¶ *Dominica prima post octavas epyphanie*

Ad missam.

GS:20; 1508:39v; 1513:19v.³⁹

Offic.
VIII.



019-01.


N excélso * thró-no vi-de sé- de- re vi- rum :



quem a-dó- rat mul-ti-tú-do ange-ló- rum psal-lén-




tes in u- num : Ecce cu-jus impé- ri- i nomen



019-02.

est in e- tér-num. *Ps.* Ju-bi-lá-te Dómi-no omnis



terra : sér-vi-te Dómi-no in le- tí-ci- a.

Oratio.

Vota quésumus Dómine suppli-
cántis pópuli celésti pietáte
proséquere : ut et que agénda sunt

vídeant : et ad implénda que víderint
convaléscant. Per.

Epistola. Ad Romanos. xij. [1-5.]

FRatres. Obsécro vos per⁴⁰ mise-
ricórdiam Dei : ut exhibeátis
córpora vestra, hóstiam vivéntem,

sanctam, Deo placéntem, rationábile
obséquium vestrum. Et nolíte con-
formári huic século : sed reformámmini

in novitate sensus vestri : ut probetis que sit voluntas Dei bona, et beneplacens et perfecta. Dico enim per gratiam que data est michi omnibus qui sunt inter vos : non plus sapere quam oportet sapere : sed sapere ad sobrietatem : et unicuique sicut Deus

divisit mensuram fidei. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus : omnia autem membra non eundem actum habent : ita multi unum corpus sumus in Christo. Singuli autem alter alterius membra : in Christo Jesu Domino nostro.

GS:20; 1508:39Br; 1513:19v.⁴¹

019-04. Grad. VII.



Ene-díc-tus * Dó-mi-nus De-us Is-ra-el :

qui fa-cis mi-ra-bí-li-a magna


so-lus a sé-cu-lo

019-05. *℣.* Suscí-pi-ant mon-tes pa-

cem

pó-pu-lo tu-o : et col-les

Dominica prima post octavas epyphanie.



* justí- ci- am.

GS:20; 1508:39Br; 1513:19v.⁴²

Alle.
III.




 L-le-lú- ya. * V. Ju-bi-lá-te

019-06.



De- o om- nis ter- ra : sérv- te Dó-



mi- no * in le-tí-ci- a.

Nulla die dominica per annum dicitur sequentia ad missam quando de dominica agitur : nisi in adventu [Domini],⁴³ et in tempore paschali : et nisi in dominica infra hebdomadam nativitatis Domini.

 [Evangelium]⁴⁴ secundum Lucam. ij. [42-52.]

EUm factus esset Jesus annorum duodecim : ascendéntibus illis Hierosólymam, secúndum consuetudinem diéi festi : consummátisque diébus cum redírent : remánsit puer Jesus in Hierúsalem : et non cognóverunt paréntes ejus. Existimántes autem illum esse in comitátu : venérunt iter diéi : et requirébant eum inter cognátos et notos. Et non

inveniéntes : regréssi sunt in Hierúsalem, requiréntes eum. Et factum est post tríduum : invenérunt illum in templo, sedéntem in médio doctórum : audiéntem illos et interrogántem eos. Stupébant autem omnes qui eum audiébant super prudéntia et respónsis ejus. Et vidéntes admiráti sunt. Et dixit mater ejus ad illum, Fili : quid fecísti nobis sic ? Ecce pater tuus et

ego, doléntes querebámus te. Et ait ad illos, Quid est quod me querebátis ? Nesciebátis quia in his que Patris mei sunt opórtet me esse ? Et ipsi non intellexérunt verbum, quod locútus est ad illos. Et descéndit cum eis, et venit

Názareth : et erat súbditus illis. Et mater ejus conservábat ómnia verba hec : cónferens in corde suo. Et Jesus proficiébat sapiéntia, etáte, et grátia : [20r.] apud Deum et hómines.

GS:20; 1508:39Bv; 1513:20r.⁴⁵

019-07. Offert. V.



Ubi-lá- te * De- o omnis ter-
 ra, ju-bi-lá-
 te De- o om- nis ter- ra :
 sérv- te Dó- mi- no in le- tí-ci- a, in-
 trá- te in conspéctu e- jus in ex-ul- ta- ti- ó- ne :
 qui- a Dó-mi- nus ip- se est De- us.

Secreta.

Dominica prima post octavas epyphanie.



Blátum tibi Dómine sacrificium
vivíficet nos quésumus semper et

múniat. Per Dóminum.

Prefatio quotidiana.


GS:21; 1508:39Bv; 1513:20r.⁴⁶

Comm.
I.



019-10.


I- li * quid fe- cís- ti no- bis sic : e- go et pa- ter



tu- us do- lén- tes que- re- bá- mus te : et quid est quod



me que- re- bá- tis : nesci- e- bá- tis qui- a in his que Pa- tris



me- i sunt opórtet me es- se.

Postcommunio.



Ua nos Dómine sancta libántes
et perfécte capiámus purgatiónis

efféctum : et contínuum divíne defen-
siónis auxiliúm. Per Dóminum.

Si tempus breve fuerit ab octavis epyphanie usque ad septuagesimam, quod tres misse dominicales : scilicet In excélsio throno. Omnis terra. et Adoráte. non possint singule in singulis cantari ebdomadis : tunc due vel tres misse [si temporis brevitatis expetierit] in una eademque ebdomada cantentur. Et si aliquod festum trium lectionum ibidem contigerit : totum fiat servitium de festo usque ad missam [que erit de dominica. Et ad missam que erit de dominica]⁴⁷ : et ad illam missam que erit de temporali : fiat secunda oratio de ipso festo, tertia de sancta Maria, quarta de omnibus sanctis, quinta pro universali ecclesia. Cetera vero misse que sequuntur eo anno omnino pretermittantur. Hoc etiam bene observetur quod

nunquam ante primam dominicam post octavas epyphanie cantetur missa In excélsio throno. nisi quando nulla dominica inter octavas epyphanie et septuagesimam contigerit : tunc enim in feriis primo loco post octavas epyphanie cantetur : et due misse, scilicet Omnis terra. et Adoráte. in feriis sequentibus⁴⁸ ejusdem ebdomade cantentur : et tunc nichil fiat de festis trium lectionum que ibidem contingere possunt. Cum autem prolixum fuerit tempus : officium Adoráte. per tres dominicas cantetur. Si vero tres fuerint dominice inter octavas epyphanie et septuagesimam, ita quod tria officia predicta cantentur [scilicet In excélsio throno. Omnis terra. et Adoráte.]⁴⁹ : tunc in feriis post tertiam dominicam [si vacaverint] dicantur epistole et evangelia de quarta et quinta dominica in missis de die.

¶ *Feria quarta.*

Ad Romanos. x. [1-4.]

FRatres. Volúntas quidem cordis mei : et obsecrátio ad Deum fit pro illis⁵⁰ in salútem. Testimónium enim perhíbeo illis quod emulatiónem Dei habent : sed non secúndum

sciéntiam. Ignorántes enim justíciam Dei, et suam queréntes statúere : justície Dei non sunt subjécti. Finis enim legis Christus : ad justíciam omni credéti.

¶ [*Evangelium*]⁵¹ *secundum Mattheum. iiij. [12-17.]*

IN illo témpore. Cum audisset Jesus quod Johánnes tráditus esset : secéssit in Galiléam. Et relícta civitáte Náza-reth : venit et habitávit in Caphárnaum marítima in finibus Zábulon et Néptalim : ut adimplerétur quod dictum est per Isáiam prophétam, Terra Zábulon et terra

Néptalim : via maris trans Jordánem Galilée géntium : pópulus qui ambulábat⁵² in ténebris vidit lucem magnam. Et sedéntibus in regione umbre mortis : lux orta est eis. Et exín-de cepit Jesus predicáre et dícere, Peniténtiam ágite : appropinquábit enim regnum celórum.

¶ *Feria sexta.*

Ad Romanos. xiiij. [1-6.]

FRatres. Omnis ánima potestá-tibus sublimióribus súbdita sit. Non est enim potéstas, nisi a Deo. [20^{v.}]

Que autem sunt, a Deo ordináta sunt. Itaque qui resístit potestáti : Dei ordinatióni resístit. Qui autem resís-

tunt : ipsi sibi damnationem acquirunt.⁵³ Nam qui principantur⁵⁴ non sunt timori boni operis, sed mala. Vis enim non timere potestatem : bonum fac, et habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem male egeris time. Non enim sine causa gladium portat. Dei enim

minister est : vindex in iram ei qui malum agit. Ideoque necessitate subditi estote : non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Ideo⁵⁵ et tributa prestatis. Ministri enim Dei sunt : in hoc ipsum servientes.

[*Evangelium*]⁵⁶ *secundum Lucam. iiij. [14-22.]*

IN illo tempore. Egressus est Jesus⁵⁷ in virtute Spiritus in Galileam : et fama exiit per universam regionem de illo. Et ipse docebat in synagogis eorum : et magnificabatur ab omnibus. Et venit Nazareth ubi erat nutritus : et intravit secundum consuetudinem suam die sabbati in synagogam, et surrexit legere. Et traditus est illi liber Isaie prophete. Et ut revolvit librum : invenit locum ubi scriptum erat, Spiritus Domini super me propter quod unxit me : evangelizare pauperibus misit me :

sanare contritos corde. Predicare captivis remissionem : et cecis visum : dimittere confractos in remissionem : predicare annum Domini acceptum, et diem retributionis. Et cum plicuisset librum : reddidit ministro : et sedit. Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum. Cepit autem dicere ad illos : Quia hodie impleta est hec scriptura in auribus vestris. Et omnes testimonium illi dabant : et mirabantur in verbis gratie que procedebant de ore ipsius.


Per totam ebdomadam dicitur missa dominicalis nisi festum intercurrat unde fiat servitium : et nisi quando missa Salus Populi. vel quando dicitur de festo loci : vel de sancta Maria.


¶ *Dominica secunda post octavas epyphanie.*

[*Ad missam.*]⁵⁸

GS:21; 1508:40r; 1513:20v.⁵⁹

021-01. Offic. IV. 
 M- nis ter-ra * a-dó- ret te De- us et

021-02. 
psal- lat ti- bi : psal-mum di- cat nó- mi- ni tu- o al- tís-

021-02. si- me. *Ps.* Ju-bi-lá-te De-o omnis terra : psalmum

dí-ci-te nó-mi-ne e-jus da-te gló-ri- am laudi e-jus.

Oratio.

 Mnípotens sempitérne Deus :
qui celéstia simul et terréna
moderáris : supplicatiónes pópuli tui

cleménter exáudi : et pacem tuam
nostris concéde tempóribus. Per
Dóminum.

¶ [*Epístola*]⁶⁰ *ad Romanos. xij. [6-16.]*

FRatres. Habéntes donatiónes se-
cúndum grátiam que data est
nobis differéntes : sive prophétiam,
secúndum ratiónem fidéi : sive minis-
térium, in ministrándo : sive qui docet,
in doctrína. Qui exhortátur in ex-
hortándo : qui tríbuit in simplicitáte :
qui preest in sollicitú-dine : qui mise-

rétur in hilaritáte. Diléctio : sine
simulatióne. Odiéntes malum : adhe-
réntes bono. Charitáte fraternitátis
ínvicem diligéntes. Honóre ínvicem
preveniéntes. Sollicitú-dine non pigri.
Spíritu fervéntes : Dómino serviéntes.
Spe gaudéntes : in tribulatióne pati-
éntes. Oratióni instántes : necess-

Dominica secunda post octavas epyphanie.

tátibus sanctórum comunicántes :
hospitalitátem sectántes. Benedícite
persequéntibus vos : benedícite, et
nolíte maledícere. Gaudére cum gau-

déntibus : flere cum fléntibus. Id-
ípsum ínvicem sentiéntes, non alta
sapiéntes : sed humílibus consen-
ciéntes.

GS:21; 1508:40r; 1513:20v.⁶¹

Grad.
V.



I- sit* Dó- mi- nus ver- bum su- um [21r.]




et sa-ná-vit e- os : et e-rí-pu-it



e- os de inté-ri- tu e-ó- rum.




✠. Confi-te-án- tur Dómi-no



mi-se-ri-córdi- e



e- jus : et mi- ra-bí-li- a e- jus



fí- li- is* hó-mi-num.

021-04.

021-05.

GS:22; 1508:40v; 1513:21r.⁶²

021-06. Alle.
IV.



L-le-lú- ya. * ⁊. Laudá-te De- um

omnes ánge- li e- jus : laudá-te e-

um omnes virtú- tes e- jus.

¶ [Evangelium]⁶³ secundum Johannem. ij. [I-II.]

IN illo témpore. Núptie facte sunt in Chana Galilée. Et erat mater Jesu ibi. Vocátus est autem et Jesus et discipuli ejus ad núptias. Et deficiente vino : dicit mater Jesu ad eum, Vinum non habent. Et dicit ei Jesus, Quid michi et tibi est múlter ? Nondum venit hora mea. Dicit mater ejus minístris, Quodcúmque díxerit vobis : fácite. Erant autem ibi lapídee hýdrie sex pósite secúndum purificatiónem Judeórum capiéntes síngule metrétas binas vel ternas. Dicit eis Jesus, Implete hýdrias aqua. Et implevérunt eas usque ad summum. Et dicit eis


Jesu, Háurite nunc et ferte architriclino. Et tulérunt. Ut autem gustávit architriclinus aquam vinum factam, et non sciébat unde esset : minístri autem sciébant qui háuserant aquam : vocat sponsum architriclinus, et dicit ei, Omnis homo primum bonum vinum ponit : et cum inebriáti fúerint, tunc id quod detérius est. Tu autem servásti bonum vinum usque adhuc. Hoc fecit inítium signórum Jesus in Chana Galilée : et manifestávit glóriam suam. Et credidérunt in eum discipuli ejus.

GS:22; 1508:40v; 1513:21r.⁶⁴


Offert.
I. 021-07.




Ubi-lá- te * De- o u- ni- vér- sa ter- ra,




ju- bi- lá- te De-




o u- ni- vér- sa ter- ra : psalmum




dí- ci- te nó- mi- ni e- jus, ve- ní- te



et áudi- te, et nar- rá- bo vo- bis om- nes qui



timé- tis De- um quanta fe- cit Dó- mi- nus á-



ni- me me- e al- le- lú- ya.

*Secreta.*⁶⁵

UT tibi grata sint Dómine múnera
pópuli tui supplicántis : ab omni

quésumus eum contagióne perversi-
tátis emúnda. Per.

[*Prefatio quotidiana.*]⁶⁶

GS:22; 1508:40v; 1513:21r.⁶⁷

021-10.

Comm.
V.



I-cit Dó-mi- nus, * Implé-te ýdri- as a-qua
et ferte archi-tri-clí- no : dum gus-tás-set archi-tri-
clí- nus aquam vi-num fac-tum, di- cit spon-so : Servás-
ti vi- num bo- num us-que adhuc : hoc signum fe-cit Je-sus
primum co-ram discí-pu- lis su- is.

Postcommunio.

Augeátur in nobis Dómine qué-
sumus tue virtútis operátio : ut
divínis vegetáti sacraméntis ad eorum

promíssa capiénda tuo semper múnere
preparémur. Per Dóminum.

¶ *Feria iiij.*

[*Epistola*]⁶⁸ *ad Timotheum. Primo. [j. 15-17.]*

Charissime. Fidélis sermo, et
omni acceptióne dignus, Quia⁶⁹
Christus Jesus venit in hunc mundum

peccatóres salvos fácere, quorum
primus ego sum. Sed ídeo miseri-
córdiam consécutus sum : ut in me

primo osténderet Christus Jesus omnem patiéntiam⁷⁰ : ad informatiónem eórum qui creditóri sunt illi, in vitam

etérnám. Regi autem seculórum immortalí, invisíbili : soli Deo honor et glória : in sécula séculorum. Amen.

¶ [Evangelium]⁷¹ secundum Marcum. vj. [1-6.]

IN illo témpore. Egréssus Jesus⁷² ábiit in pátriam suam : et sequebántur illum discípuli sui : et factó sábbato : cepit in synagóga dócere. Et multi audiétes admirabántur in doctrína ejus dicétes, Unde huic hec ómnia : et que est sapiéntia que data est illi : et virtútes tales que per manus ejus efficiúntur ? Nonne hic est faber filius Maríe⁷³ : frater Jacóbi, et Joseph,

et Jude, et Symónis ? Nonne et soróres ejus hic nobíscum sunt ? Et scandalizabántur in illo. Et dicébat eis Jesus, Quia non est prophéta sine [21r.] honóre nisi in pátria sua : et in domo sua : et in cognátione sua. Et non póterat ibi virtútem ullam fácere, nisi paucos infirmos impósitis mánibus curávit. Et mirabátur propter incredulitátem eórum.

¶ Feria sexta.

Epistola. Ad Romanos. xiiij. [14-23.]

FRatres. Scio et confido in Dómino Jesu : quia nichil commúne per ipsum : nisi ei qui existimat quid commúne esse, illi commúne est. Si enim propter cibum frater tuus scandalizátur, aut contristátur : jam non secúndum charitátem ámbulas. Noli cibo tuo illum pérdere : pro quo Christus mórtuus est. Non ergo blasphemétur bonum nostrum. Non est enim regnum Dei esca et potus : sed justícia, pax,⁷⁴ et gáudium, in Spíritu Sancto. Qui enim in hoc servit Christo : placet Deo, et probátus est homínibus. Itaque que pacis sunt

sectémur : et que edificatiónis sunt, ínvicem custodiámus. Noli propter escam destrúere opus Dei. Omnia quidem munda sunt : sed malum est hómíni qui per offendículum manducat. Bonum est non manducáre carnem et non bíbere vinum neque in quo frater tuus offénditur, aut scandalizátur, aut infirmátur. Tu fidem quam habes penes temetípsum habe coram Deo. Beátus qui non júdicat semetípsum in eo quod probat. Qui autem discernit : si manducáverit, damnátus est : quia non est ex fide. Omne autem quod non est ex fide :

peccátum est.

¶ [*Evangelium*]⁷⁵ *secundum Lucam. iij. [31-37.]*

IN illo témpore. Descéndit Jesus⁷⁶ in Caphárnaum civitátem Galilée : ibíque docébat illos sábbatis. Et stupébant in doctrína ejus : quia in potestáte erat sermo ipsíus. Et in synagóga erat homo habens demónium immúndum : et exclamávit voce magna dicens, Sine. Quid nobis et tibi Jesu Nazaréne ? Venísti pérdere nos ? Scio te : quia sis Sanctus Dei. Et increpávit

illum Jesus dicens, Obmutésce, et exi ab eo. Et cum projecísset illud demónium in médium : éxiit ab illo : nichílque illum nócuit. Et factus est pavor in ómnibus : et colloquebántur ad ívicem dicéntes, Quod est hoc verbum : quia in potestáte et virtúte ímperat spirítibus immúndis et éxeunt ? Et divulgabátur fama de illo in omnem locum regiónis.

¶ *Dominica iij. post octavas epyphanie.*

Ad missam.


GS:23; 1508:41r; 1513:21v.⁷⁷

Offic.
VII.



026-01.

- do- rá- te * De- um omnes án- ge- li e- jus :




audí- vit et le- tá- ta est Sy- on : et ex- ulta- vé- runt



026-02.

fí- li- e Ju- de. *Ps.* Dó- mi- nus regná- vit ex- últet



ter- ra : le- téntur ín- su- le mul- te.

Oratio.

¶ Mnípotens sempitérne Deus infirmitátem nostram propícus respice : atque ad protegéndum nos

déxteram tue majestátis exténde.⁷⁸ Per Dóminum.

¶ [*Epistola*]⁷⁹ *ad Romanos. xij. [16-21.]*

¶ **F**Ratres. Nolíte esse prudéntes apud vosmetípsos. Nulli malum pro malo reddéntes. Providéntes bona : non tantum coram Deo, sed étiam coram ómnibus homínibus. Si fieri potest quod ex vobis est : cum ómnibus homínibus pacem habéntes. Non vosmetípsos defendéntes charís-


simi : sed date locum ire. Scriptum est enim, Michi vindícta : ego retríbuaui dicit Dóminus. Sed si esuríerit inimícus tuus : ciba illum. Si sitit : potum da illi. Hoc enim fáciens : carbónes ignis cóngeres super caput ejus. Noli vinci a malo : sed vince in bono malum.

[22r.]


Dominica tertia post octavas epyphanie.

GS:23; 1508:41r; 1513:22r.⁸⁰

026-04. Grad.
V.




Imé-bunt * gen- tes no- men tu- um




Dómi- ne : et om-nes re-ges ter- re gló-

026-06.




ri- am tu- am. V. Quó-ni- am



e-di-fi-cá-vit Dómi-nus Sy-on :




et vi-dé-bi- tur in ma-jestá- te su-



a.

GS:23; 1508:41v; 1513:22r.⁸¹

026-07. Alle.
VIII.



L-le- lú- ya. * V. Dó-

mi-nus regná- vit ex-úl-tet ter- ra : le-
 tén- tur ínsu-le mul-
 te.

¶ [Evangelium]⁸² secundum Matheum. viij. [1-13.]

IN illo tēpore. Cum descendisset Jesus de monte⁸³ : secūte sunt eum turbe multe. Et ecce leprōsus vēniens : adorābat eum dicens, Dōmine : si vis potes me mundāre. Et extēdēns Jesus manum : tētigē eum dicens, Volo mundāre. Et confēstim mundāta est lepra ejus. Et ait illi Jesus, Vide nēmini dixeris : sed vade ostēde te sacerdoti : et offer munus tuum⁸⁴ quod precēpit Mōyses in testimōnium illis. Cum autem introisset Caphārnaum : accēssit ad eum centūrio rogans eum et dicens, Dōmine : puer meus jacet in domo paraliticus, et male torquētur. Et ait illi Jesus, Ego vēniam et curābo eum. Et respōdēns centūrio : ait, Dōmine : non sum dignus

ut intres sub tectum meum : sed tantum dic verbo et sanābitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestāte constitūtus : habens sub me mīlites. Et dico huic, Vade, et vadit : et alio,⁸⁵ Veni, et venit : et servo meo, Fac hoc, et facit. Audiens autem Jesus mirātus est : et sequēntibus se dixit, Amen dico vobis : non invēni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis : quod multi ab oriēte et occidēte vēnient et recūbent cum Abraham, et Isaac, et Jacob in regno celōrum. Fīlii autem regni ejiciētur in tēnebras exteriōres : ibi erit fletus et stridor dēntium. Et dixit Jesus centuriōni, Vade : et sicut credidisti fiat tibi. Et sanātus est puer in illa hora.

GS:23; 1508:41v; 1513:22r.⁸⁶

026-10. Offert.
II.



Ex-te- ra * Dómi- ni fe- cit vir- tú- tem :
 déx-te-ra Dó-mi-ni ex-al-tá- vit me, non mó-ri-
 ar sed vi- vam : et narrá-bo ó-pe-ra Dómi-ni.


Secreta.

<p>Vite perpétue mystéria veneránda recólimus te Dómine deprecántes : ut et devótis eádem sacrificiis : et</p>	<p>dignis opéribus assequámur. Per Dóminum.</p>
---	--

Prefatio quotidiana.

GS:24; 1508:41v; 1513:22r.

026-13. Comm.
VII.



I-ra-bán- tur * om-nes de his que pro- ce-dé-
 bant de o- re De- i.

Postcommunio.

<p>Quos tantis Dómine largiris uti mystériis : presta quésumus : ut effectibus eórum nos veráciter aptáre</p>	<p>dignéris. Per Dóminum nostrum Jesu Christum Fílium tuum. Qui tecum.</p>
--	---

¶ *Feria iiij.*

[*Epistola*]⁸⁷ *ad Romanos. xv. [30-33.]*

FRatres. Obsécro vos per Dóminum nostrum Jesum Christum : et per charitátem Spíritus Sancti : ut adjuvétis me in oratióibus vestris ad Deum : ut líberer ab infidélibus qui sunt in Judéa : et obséquii mei oblátio

accépta fiat in Hierosólýma sanctis : ut véniam ad vos in gáudio per voluntátem Dei et refrígerer vobíscum. Deus autem pacis sit cum ómnibus vobis. Amen.

¶ [*Evangelium*]⁸⁸ *secundum Marcum. iiij. [1-5.]*

IN illo témpore. Intrávit Jesus in synagógam⁸⁹ : et erat ibi homo habens manum áridam : et observábant eum si sábbatis curáret, ut accusárent illum. Et ait hómini habénti manum áridam, Surge in médium : et dicit eis, Licet sábbatis benefácere, an male :

ánimam salvam fácere, an pérdere ? At illi tacébant. Et circumspíciens eos cum ira : contristátus super cecitáte cordis eórum : dicit hómini, Exténde manum tuam. Et exténdit. Et restitúta est manus illi. [22v.]

¶ *Feria sexta.*

[*Epistola*]⁹⁰ *ad Corinthios. I. iiij. [16-23.]*

FRatres. Néscitis quia templum Dei estis : et Spíritus Dei hábitat in vobis ? Si quis autem templum Dei violáverit dispérdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est : quod estis vos. Nemo se sedúcat. Si quis vidétur inter vos sapiens esse in hoc século : stultus fiat, ut sit sápiens. Sapiéntia enim hujus mundi : stultícia est apud Deum. Scriptum est enim,

Comprehéndam sapiéntes in astútia sua. Et iterum, Dóminus novit cogitátiones sapiéntium : quóniam vane sunt. Nemo itaque gloriétur in hóminibus.⁹¹ Omnia enim vestra sunt : sive Paulus, sive Apóllo, sive Cephas, sive mundus, sive vita, sive mors, sive presentia, sive futúra. Omnia enim vestra sunt : vos autem Christi : Christus autem Dei.

Secundum Mattheum. iiij. [23-25.]⁹²

IN illo tempore. Circúibat Jesus totam Galiléam : docens in synagógis eórum : et predicáns evangélium regni : et sanans omnem languórem et omnem infirmitátem in pópulo. Et ábiit opínio ejus in totam Sýriam. Et

obtulerunt ei omnes male habéntes, váriis languóribus et torméntis comprehénsos : et qui demónia habébant, et lunáticos, et paralýticos : et curávit eos. Et secúte sunt eum turbe multi.

¶ *Dominica iiij. post octavas epyphanie.*

Ad missam. Officium.



Doráte Deum umnes ángeli ejus : audívit et letáta est Syon : et exultavérunt 026-01.
filie Jude. *Ps.* Dóminus regnávit exúltet terra : leténtur ínsule multe. 026-02.
Glória. 203.

Oratio.

Deus qui nos in tantis periculis constitutos, pro humana scis fragilitate non posse subsistere : da

nobis salutem mentis et corporis : ut ea que pro peccatis nostris patimur, te adjuvante vincamus. Per Dominum.

¶ *Ad Romanos. xiiij. [8-10.]*

Fratres. Némini quicquam debetis : nisi ut ínicem diligátis. Qui enim díligit próximum : legem implévit. Nam non adulterábis : non occídes : non furáberis : non falsum testimónium dices : non concupísces

rem próximi tui. Et si quod est áliud mandátum, in hoc verbo instaurátur. Díliges próximum tuum sicut teípsum. Diléctio próximi malum non operátur. Plenitúdo ergo legis est diléctio.

Gradale. Timébunt gentes nomen tuum Dómine : et omnes reges terre glóriam tuam. *V.* Quóniam edificávit Dóminus Syon : et vidébitur in majestáte sua. 204. 026-04. 026-06.

Allelúya. *V.* Dóminus regnávit exúltet terra : leténtur ínsule multe. 204. 026-08.

¶ [*Evangelium*]⁹³ *secundum Mattheum. viij. [23-27.]*

In illo témpore. Ascendénte Jesu in navículam : secúti sunt eum discípuli ejus. Et ecce motus magnus factus est in mari ita ut navícula operirétur flúctibus. Erat autem illis ventus contráriuus.⁹⁴ Ipse vero dormiébat. Et accessérunt ad eum discípuli ejus et suscitavérunt eum di-

céntes, Dómine, salva nos perímus. Et dicit eis Jesus, Quid tímidi estis módice fidéi ? Tunc surgens imperávit ventis et mari : et facta est tranquíllitas magna. Porro hómines miráti sunt, dicéntes, Qualis est hic : quia venti et mare obédiunt ei ?

026-10. *Offertorium.* D xtera D mini fecit virtutem, d xtera D mini exaltavit me, non m riar sed vivam : et narrabo  pera D mini. 206.

Secreta.

[23r.] **C**onc de qu sumus omnipotens
Deus : ut hujus sacrificii munus
oblatum : fragilitatem nostram ab
|
omni malo purget et munit. Per
D minum.

Prefatio quotidiana.

026-13. *Communio.* Mirabantur omnes de his que precedebant de ore Dei. 206.

Postcommunio.

Munera tua nos Deus : et a
delectationibus terrenis exp -
|
diant : et celestibus semper instruant
alimentis. Per D minum.

C *Feria iiij.*

[*Epistola*]⁹⁵ *ad Corinthios. I. vij.* [1-5.]

Fratres. Bonum est homini mu-
lierem non tangere. Propter
fornicationem autem unusquisque
uxorem suam habeat : et unaqu que
mulier virum suum habeat. Uxori vir
debitum reddat : similiter autem et
uxor viro. Mulier sui corporis potes-
tatem non habet, sed vir. Similiter
|
autem et vir sui corporis potestatem
non habet, sed mulier. Nolite fraudare
invicem : nisi forte ex consensu ad
tempus, ut vacetis orationi. Et iterum
revertimini in ipsum⁹⁶ : ne temptet vos
Sathanas propter incontinentiam
vestram.

[*Evangelium*]⁹⁷ *secundum Lucam. ix.* [57-62.]

In illo tempore. Factum est
ambulantibus discipulis in via :
dixit quidam ad Jesum, Sequar te
quocumque ieris. Dixit illi Jesus,
Vulpes foveas habent, et volucres celi
nidos : Filius autem hominis non
habet ubi caput suum reclinet. Ait
|
autem ad alterum, Sequere me. Ille
autem dixit, Domine, permitte michi
primum ire : et sepelire patrem meum.
Dixitque ei Jesus, Sine ut mortui
sepeliant mortuos suos : tu autem vade
et annuncia regnum Dei. Et ait alter,
Sequar te, Domine : sed primum

permítte michi renunciáre his que
domi sunt. Et ait ad illum Jesus,
Nemo mittens manum suam ad

arátrum et respíciens retro : aptus est
regno Dei.

¶ *Feria vj.*

Epistola ad Corinthios. I. vij. [20-24.]

FRatres. Unusquisque in qua vo-
cacióné vocátus est : in ea
permáneat. Servus vocátus es : non sit
tibi cure. Sed et si potes fieri liber :
magis útere. Qui enim in Dómino
vocátus est servus : libértus est Dó-

mini. Simíliter qui liber vocátus est :
servus est Christi. Precio empti estis :
nolíte fieri servi hóminum. Unus-
quisque in qua vocacióné⁹⁸ vocátus est
frater : in hoc permáneat apud Deum.

[Evangelium]⁹⁹ secundum Marcum. x. [13-16.]

IN illo témpore. Offerébant Jesu
párvulos ut tängeret illos. Dis-
cípuli autem comminabántur offe-
réntibus. Quos cum víderet Jesus :
indígne tulit et ait illis, Sínite párvulos
veníre ad me : et ne prohibuéritis eos.

Tálius est enim regnum Dei.¹⁰⁰
Amen dico vobis : Quisquis non
recéperit regnum Dei velut párvulus :
non intrábit in illud. Et compléxans
eos, et impónens manus super illos :
benedicébat eos.

¶ *Dominica v. post octavas epyphanie.*

[*Ad missam.*] *Officium.*

026-01.
026-02.



Doráte Deum umnes ángeli ejus : audivit et letáta est Syon : et exultavérunt filie Jude. *Ps.* Dóminus regnávít exúltet terra : leténtur ínsule multe. Glória. 203.

Oratio.

FAmíliam tuam quésumus Dómine continúa pietáte custódi : ut que in sola spe grátie celéstis innítitur :

tua semper protectióne muniátur. Per Dóminum.

[*Epístola*]¹⁰¹ *ad Collocenses. iij. [12-17.]*

[23v.]

FRatres. Indúite vos sicut elécti Dei sancti et dilécti víscera misericórdie : manusetúdinem,¹⁰² benignitátem, humilitátem, modéstiam, patientiam : supportántes ínvicem et donántes vobismetípsis. Si quis advérsus áliquem habet querélam. Sicut et Dóminus donávít vobis : ita et vos. Super ómnia autem hec, charitátem habéte : quod est vínculum perfectiónis. Et pax Christi exúltet in córdibus vestris : in qua et vocáti estis

in uno córpore : et grati estóte. Verbum Christi hábitet in vobis abundánter in omni sapiéntia, docentes et commonétes vosmetípsos in psalmis et hymnis,¹⁰³ et cánticis spirituálibus, in grátia : cantántes¹⁰⁴ in córdibus vestris Deo. Omne autem¹⁰⁵ quodcúmque fáctis in verbo aut in ópere : ómnia in nómine Dómini nostri¹⁰⁶ Jesu Christi fáctite¹⁰⁷ : grátias agétes Deo et Patri. Per Jesum Christum Dóminum nostrum.

- 026-04. *Gradale.* Timébunt gentes nomen tuum Dómine : et omnes reges terre glóriam
026-06. tuam. *V.* Quóniam edificávit Dóminus Syon : et vidébitur in majestáte sua. 204.
026-08. Allelúya. *V.* Dóminus regnávít exúltet terra : leténtur ínsule multe. 204.

[*Evangelium*]¹⁰⁸ *secundum Mattheum. xij. [24-30.]*

IN illo témpore. Dixit Jesus discíplis suis parábolam hanc. Símile factum¹⁰⁹ est regnum celórum

hómíni qui seminávit bonum semen in agro suo. Cum autem dormíret hómínes venit inimícus ejus : et

superseminávit zizánia in médio trítici, et ábiit. Cum autem crevísset herba et fructum fecísset : tunc apparuérunt et zizánia. Accedéntes autem servi partrifamílias : dixerunt ei, Dómine : nonne bonum semen seminásti in agro tuo ? Unde ergo habet zizánia ? Et ait illis, Inimícus homo hoc fecit. Servi autem dixerunt ei, Vis, imus et

collígimus ea ? Et ait, Non. Ne forte collígentes zizánia, eradicétis simul cum eis et tríticum : sínite utráque créscere usque ad messem : et in témpore messis dicam messóribus, Collígite primum zizánia : et alligáte ea in fascículos ad comburéndum. Tríticum autem congregáte in hórreum meum.

Offertorium. Déxtera Dómini fecit virtútem, déxtera Dómini exaltávit me, non móriar sed vivam et narrábo ópera Dómini. 206. 026-10.

Secreta.

Suscipe quésumus Dómine tuórum oblatiónes precésque servórum : ut sub tue protectiónis

auxílio : et colláta non perdant¹¹⁰ : et que éxpetunt apprehéndant. Per Dóminum.

Prefatio quotidiana.

Communio. Mirabántur omnes de his que precedébant de ore Dei. 206. 026-13.

Postcommunio.

Deus qui nos sacraménti tui participatióne contíngis virtútis ejus efféctus in córdibus nostris

operáre : ut múneri divíno quod súmpsimus per ipsum munus aptémur. Per Dóminum.

¶ *Feria iiij.*

[*Epistola*]¹¹¹ ad *Thimotheum*. I. ij. [1-7.]

Charissime. Obsécro¹¹² primum ómniū fieri obsecratiónes, oratiónes, postulatiónes, gratiárum actiόnes : pro ómnibus homínibus. Pro régibus et ómnibus qui in sublimitáte sunt constitúti : ut quiétam et

tranquíllam vitam agámus in omni pietáte et castitáte. Hoc enim bonum est et accéptum coram Salvatóre nostro Deo. Qui omnes hómines vult salvos fieri : et ad agnitiónem veritátis veníre. Unus enim Deus : unus et mediátor

Dei et hóminum, homo Christus
Jesus. Qui dedit semetípsum in re-
demptiónem pro ómnibus : cujus
testimónium tempóribus suis con-

firmátum est : in quo pósitus sum ego
predicátor et Apóstolus. Veritátem
dico, non méntior : doctor géntium in
fide et veritáte.

[*Evangelium*]¹¹³ *secundum Mattheum. xxj. [28-32.]*

[24r.] **I**N illo témpore. Dixit Jesus turbis
Judeórum, Homo quidam habébat
duos filios : et accédens ad primum
dixit, Fili, vade hódie operári in víneam
meam. Ille autem respóndens, ait,
Nolo. Póstea autem, peniténtia motus
ábiit. Accédens autem ad álterum :
dixit simíliter. At ille respóndens, ait,
Eo¹¹⁴ dómine. Et non ivit. Quis ex
duóbus fecit voluntátem patris ?

Dicunt ei, Primus. Dicit illis Jesus,
Amen dico vobis : quia publicáni et
meretrices précèdent vos in regno Dei.
Venit enim ad vos Johánnes in via
justície : et non credidistis ei. Pub-
licáni¹¹⁵ et meretrices credidérunt ei.
Vos autem vidéntes nec peniténtiam
habuístis póstea ut crederétis ei. Qui
habet aures audiéndi áudiat.¹¹⁶

[*Per totam ebdomadam dicatur missa dominicalis nisi festum intercurrat unde servitium
erat, et nisi quando dicitur missa Salus pópuli. et quando dicitur de sancta Maria.*]¹¹⁷

☩ *Dominica in septuagesima.*

[*Ad missam.*]

GS:24; 1508:42r; 1513:24r.¹¹⁸

Offic.

V.



Ircunde-dé-runt me * gémi-tus mor-tis : do-ló-res

inférni circun-de- dé- runt me : et in tri- bu-la-ti-

ó-ne me- a invo-cá-vi Dó-mi-num : et ex-audí-

vit de templo sancto su- o vo- cem me- am.

Ps. Dí-li-gam te Dómi-ne forti-túdo me a : Dómi-nus

firmaméntum me-um et re-fú-gi- um me-um et li-be-rá-tor

me-us.

Glória.

Ab hac die usque ad vigiliam pasche non dicitur Glória in excélsis. [neque Ite missa

est.]¹¹⁹ *de quocunque dicitur missa : nisi episcopus in cena Domini celebraverit [: tunc ad missam Glória in excelsis]*.¹²⁰

Oratio.

Reces pópuli tui quésumus
Dómine cleménter exáudi : ut qui
juste pro peccátis nostris affligimur :

pro tui nóminis glória misericórditer
liberémur. Per.

[*Epístola*]¹²¹ *ad Corinthios*. I. ix. et x. [ix. 24-x. 4.]

Fratres. Néscitis quod hi¹²² qui in
stádio currunt : omnes quidem
currunt, sed unus áccipit brávi-um ? Sic
cúrrite ut comprehendátis. Omnis
enim¹²³ qui in agóne conténdit : ab
ómnibus se ábstinet. Et illi quidem ut
corruptibilem corónam accípiant : nos
autem incorrúptam. Ego ígitur sic
curro : non quasi in incértum. Sic
pugno : non quasi áerem vérberans.
Sed cástigo corpus meum, et in
servitútem rédigo : ne forte cum áliis

predicáverim, ipse réprobus efficiar.
Nolo autem¹²⁴ vos ignoráre fratres :
quóniam patres nostri omnes sub nube
fuérunt : et omnes mare transiérunt :
et omnes in Móyse baptizáti sunt, in
nube et in mari. Et omnes eámdem
escam spiritálem manducavérunt : et
omnes eúmdem potum spiritálem
bibérunt. Bibébant autem de spiritáli
consequénte eos petra : petra autem
erat Christus.

GS:24; 1508:42r; 1513:24r.¹²⁵

034-04.

Grad.
VIII.



D-jú- tor * in o-portu-ni- tá- ti- bus



in tri- bu- la- ti- ó- ne, spe- rent in te qui no-

Dominica in septuagesima.

vé- runt te : quó-ni- am non de-re-línquis
que- réntes te Dó- mi- ne.
034-05.
✠. Quó-ni- am non in
fi-nem ob-lí- vi- o e- rit páu- pe- ris : pa-ti- énci- a
pau- pe- rum non pé-ri-bit in e- tér- num : ex-úr-
ge Dó-mi- ne non pre-vá- le- at * ho-
mo.

Non repetatur gradale quando dicatur tractus ut supra. [Nunquam enim repetatur gradale quando tractus habetur a septuagesima usque ad cenam Domini. In dominicis et in festis ix. lectionum canitur tractus a quatuor clericis de superiori gradu : ut patet in prima dominica adventus Domini.]¹²⁶

Dominica in septuagesima.

GS:25; 1508:42v; 1513:24r.¹²⁷

034-06.
Tract.
VIII.



E pro-fún-dis * clamá- vi ad te Dó-mi-ne :

Dómi- ne ex-áu-di vo- cem me-

am. *℣.* Fi- ant aures tu- e in-tendén- tes :

in o- ra- ti- ó- nem

ser- vi tu- i. *℣.* Si i- niqui- tá- tes ob-

servá- ve- ris Dó- mi- ne : Dómi- ne quis

sus- ti- né- bit. *℣.* Qui- a a- pud te pro-

pi- ci- á- ti- o est : et propter le- gem

Dominica in septuagesima.

tu- am sustí- nu- i te * Dó- mi-
ne.

[*Evangelium*]¹²⁸ *secundum Mattheum. xx. [1-16.]*

IN illo tēpore. Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc. Símile est regnum celórum hómīni patrifamílias : qui éxiit primo mane condúcere operários in vīneam suam. Conventióne autem fácta cum operáriis ex denário diúrno : misit eos in vīneam suam. Et egréssus circa horam tértiam : vidit álios stantes in foro ociósos, et dixit illis, Ite et vos in vīneam meam : et quod justum fúerit dabo vobis. Illi autem abiérunt. Iterum autem éxiit circa sextam et horam nonam¹²⁹ : et fecit símíliter. Circa undécimam vero éxiit : et invénit

[24v.]

álios stantes et dixit¹³⁰ illis : Quid hic statis tota die ociósi ? Dicunt ei, Quia nemo nos condúxit. Dicit illis, Ite et vos in vīneam meam. Cum sero autem factum esset : dicit dómīnus vīnee procuratóri suo, Voca operários, et redde illis mercédem : incípiens a

novíssimis usque ad primos. Cum venissent ergo qui circa undécimam horam vénerant : accepérunt síngulos denários. Veniéntes autem et primi : arbitrátī sunt quod plus essent acceptúri. Accepérunt autem et ipsi síngulos denários. Et accipiéntes, murmurábant advérsus patremfamílias dicéntes, Hi novíssimi una hora fecérunt : et pares illos nobis fecísti, qui portávimus pondus diéi et estus. At ille respóndens uni eórum, dixit, Amíce : non fácio tibi injúriam. Nonne ex denário convenísti mecum ? Tolle quod tuum est : et vade. Volo autem et huic novíssimo dare sicut et tibi. Aut¹³¹ non licet michi quod volo, fácere ? An óculus tuus nequam est, quia ego bonus sum ? Sic erunt novíssimi primi : et primi novíssimi. Multi enim sunt vocáti : pauci vero elécti.

Dominica in septuagesima.

GS:25; 1508:43r; 1513:24v.¹³²

034-07. Offert.
VIII.
 Onum est * confi-té- ri Dómi- no : et
psál- le-re nó- mi- ni tu- o al-tíssime.

034-08. *℣.* Quam magni-fi-cá- ta sunt ópe-ra
tu- a Dó-mi- ne : nimis pro-fúnde facte sunt co-

034-09. gi- ta-ti- ó-nes tu- e. *℣.* Ecce i-ni- mí- ci
tu- i Dómi-ne pe- rí- bunt : et dispergén-tur
ommes qui ope-rán- tur i-niqui-tá- tem.

Secreta.

MUnéribus nostris quésumus | et celéstibus nos munda mystériis, et
Dómine precibúsqe suscéptis : | cleménter exáudi. Per.

Prefatio quotidiana.


GS:25; 1508:43r; 1513:24v.¹³³

Comm.


II.



L-lú-mi-na * fá-ci-em tu-am su-per servum tu-



um : et sal-vum me fac in tu- a mi- se-ri-cór-di- a,



Dó-mi-ne non confún-dar, quó-ni- am invo- cá- vit te.

Postcommunio.

Fidèles tui Deus per tua dona
firméntur : ut eádem et perci-

piéndo requírant : et queréndo sine
fine percípiant. Per.

¶ *Sciendum est quod servitium hujus diei non differatur propter aliquod festum : nisi cum purificatio beate Marie : vel dedicatio ecclesie in hac die¹³⁴ contigerit, tunc enim¹³⁵ differatur usque ad iij.¹³⁶ feriam, et tractus [scilicet]¹³⁷ De profundis. pretermittatur quoniam in ferialibus diebus non dicitur tractus ante iij. feriam in capite jejunii : nisi tantum in missis pro defunctis, nec etiam in festis¹³⁸ sine regimine chori. Quodcunque vero aliud festum in hac dominica vel in aliqua dominica usque ad passionem Domini contigerit, semper differatur : licet duplex festum fuerit : et fiat servitium de ipsa dominica, nulla facta de festo memoria : nisi sit festum iij. lectionum quod non differatur : sed tunc de eo fiat memoria usque ad xl. tantum. A quarta autem feria in capite jejunii usque in crastinum octavarum pasche : nichil fiat ad missam de festis trium lectionum nec etiam memoria.¹³⁹*

Feria quarta.

Epsitola. Ad Corinthios. II. iij. [3-12.]

FRatres. Si opértum est evan-
gélium nostrum : in his qui
péreunt est opértum. In quibus deus

hujus séculi excecávit mentes in-
fidélium : ut non fúlgeat illuminátio
evangélii glórie Christi qui est imágo

Dei. Non enim nosmetipsos predicamus : sed Jesum Christum Dominum nostrum : nos autem servos vestros per Jesum. Quoniam Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, illuxit¹⁴⁰ in cordibus nostris : ad illuminationem scientie claritatis Dei, in facie Jesu Christi. Habemus autem thesaurum istum absconditum in vasis fictilibus, ut sublimitas sit virtutis Dei :
 [25r.] et non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur : sed non angustiamur. Aporiamur : sed non des-

tituimur. Persecutionem patimur : sed non derelinquimur. Humiliamur : sed non confundimur. Dejicimur : sed non perimus. Semper mortificationem Jesu Christi in corpore nostro circumferentes : ut et vita Jesu in corporibus¹⁴¹ nostris manifestetur. Semper enim nos qui vivimus : in mortem tradimur propter Jesum : ut et vita Jesu manifestetur in carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur : vita autem in vobis.

[*Evangelium*]¹⁴² *secundum Marcum. ix. [29-36.]*

IN illo tempore. Egressus Jesus ibat per Galileam : nec volebat quemquam scire. Docebat autem discipulos suos : et dicebat illis, Quoniam Filius Hominis tradetur in manus hominum : et occident eum : et occisus, tertia die resurget. At illi ignorabant verbum : et timebant eum interrogare. Et venerunt Capharnaum. Qui cum domi essent : interrogabat eos, Quid in via tractabatis ? At illi tacebant. Siquidem inter se in via

disputaverant quis esset illorum¹⁴³ major. Et residens vocavit duodecim : et ait illis, Si quis vult primus esse : erit omnium novissimus, et omnium minister. Et accipiens puerum : statuit eum in medio eorum. Quem cum complexus esset : ait illis, Quisquis unum ex hujusmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit. Et quicumque me susceperit : non me suscipit, sed eum qui me misit.¹⁴⁴ Qui habet aures audiendi audiat.¹⁴⁵

¶ *Feria vij.*

[*Epistola*]¹⁴⁶ *ad Corinthios. II. iiij. [13-18.]*

FRatres. Habentes spiritum fidei sicut scriptum est, Credidi propter quod locutus sum : et nos

credimus propter quod et loquimur : scientes quoniam qui suscitavit Jesum¹⁴⁷ : et nos cum Jesu suscitabit,

et constituet vobiscum. Omnia enim propter vos ut grátia abúndans per multas gratiárum actiões,¹⁴⁸ abúndet in glóriam Dei : propter quod non deficimus. Sed licet is qui foris est noster homo corrumpátur : tamen is qui intus est, renovátur de die in diem. Id enim quod in présenti est mo-

mentáneum, et leve tribulatiónis nostre : supra modum in sublimitáte etérnum glórie pondus operátur in nobis : non contemplántibus nobis que vidéntur : sed que non vidéntur. Que enim vidéntur, temporália sunt : que autem non vidéntur etérna sunt.

[*Evangelium*]¹⁴⁹ *secundum Mattheum. xij. [30-37.]*

IN illo témpore. Dixit Jesus phariséis, Qui non est mecum, contra me est : et qui non cóngregat mecum, spargit. Ideo dico vobis, Omne peccátum et blasphemía remittétur homínibus : spíritus autem blasphemie non remittétur. Et quicumque díxerit verbum contra Fílium hóminis : remittétur ei. Qui autem díxerit contra Spíritum Sanctum : non remittétur ei : neque in hoc século : neque in futúro. Aut fácite arbórem bonam, et fructum ejus bonum : aut


fácite arbórem malam, et fructum ejus malum. Síquidem ex fructu, arbor cognóscitur. Progénies viperárum : quómodo potéstis bona loqui, cum sitis mali ? Ex abundántia enim cordis : os lóquitur. Bonus homo de bono thesáuro profert bona : et malus homo de malo thesáuro profert mala. Dico autem vobis quóniam omne verbum ociosum quod locúti fúerint hómines : reddent ratiónem de eo in die judícii. Ex verbis enim tuis, justificáberis : et [25v.] ex verbis tuis condemnáberis.

☩ *Dominica in sexagesima.*

[*Ad missam.*]


GS:26; 1508:43v; 1513:25v.¹⁵⁰

035-01. Offic. I.



X-úr-ge, * qua-re obdórmis Dómi-ne. Exúr-ge
et ne re-pél-las in fi-nem : qua-re fá-ci-em tu-am a-vér-
tis : obli-vís-ce-ris tri-bu-la-ti-ó-nem nos- tram : adhé- sit
in ter- ra venter nos-ter, ex-úrge Dómi-ne ádju-va nos

035-02.



et lí-be-ra nos. *Ps.* De-us áuri-bus nostris audí-vi-mus :
pa-tres nostri annunci-a- vé-runt no- bis.

Oratio.

Deus qui cóspicis quia ex nulla
nostra accióne confidimus :
concede propicius : ut contra ómnia

advérsa, doctóris géntium protectióne
muniámur. Per.

Hec sequens epistola tota legatur hac die tantum. Quando vero dicitur per ebdomadam semper incipiat ad istam clausulam Damásci prepósitus. et legatur usque ad finem.

[Epistola]¹⁵¹ ad Corinthios. II. xj. et xij. [xj. 19-xij. 9.]

FRatres. Libénter suffértis insipi-
éntes : cum sitis ipsi sapiéntes.
Sustinétis enim si quis vos in
servitútem rédigít : si quis dévorat : si
quis áccipit : si quis extóllitur : si quis
in fáciem vos cedit. Secúndum igno-
bilitátem dico : quasi nos infirmi
fuérimus in hac parte. In quo quis
audet : in insipiéntia dico : áudeo et
ego. Hebréi sunt, et ego. Israelíte
sunt, et ego. Semen Abrahe sunt, et
ego. Mínistri Christi sunt, et ego.¹⁵²
Ut minus sápiens dico plus ego. In
labóribus plúrimis : in carcéribus
abundántius : in plagis supra modum :
in mórtibus frequénter. A Judéis
quínquies quadragénas una minus
accépi. Ter virgis cesus sum : semel
lapidátus sum : ter naufrágium feci.
Nocte et die in profúndo maris fui. In
itinéribus sepe : perículis flúminum :
perículis latrónum : perículis ex género :
perículis ex géntibus : perículis in
civitáte : perículis in solitúdine :
perículis in mari : perículis in falsis
frátribus. In labóre et erúmna : in
vigíliis multis. In fame et siti : in
jejúniis multis. In frigóre et nuditáte :
preter illa que extrínsecus sunt
instántia mea quotidiana : sollicitúdo

ómnium ecclesiárum. Quis infirmátur,
et ego non infirmor ? Quis scan-
dalizátur, et ego non uror ? Si gloriári
opórtet : que infirmitátis mee sunt,
gloriábor. Deus et Pater Dómini
nostri Jesu Christi scit¹⁵³ qui est
benedíctus in sécula : quod non
méntior. *Divisio.* Damásci prepósitus
gentis Aréthe regis : custodiébat
civitátem Damascenórum, ut me
comprehénderet. Et per fenéstram in
sporta dimíssus sum per murum : et sic
effúgi manus ejus. Si gloriári opórtet :
non éxpedit quidem. Véniam autem
ad visiónes et revelatiónes Dómini.
Scio hóminem in Christo ante annos
quattuórdecim : sive in corpóre¹⁵⁴ sive
extra corpus, néscio Deus scit : raptum
hujúsmodi usque ad tértium celum. Et
scio hujúsmodi hóminem : sive in
córporé sive extra corpus néscio Deus
scit : quóniam raptus est in paradísium :
et audívit arcána verba que non licet
hómini loqui. Pro hujúsmodi glori-
ábor : pro me autem nichil,¹⁵⁵ nisi in
infirmitátibus meis. Nam et si volúero
gloriári : non ero insípiens. Veritátem
enim dicam. Parco autem ne quis me
existimet supra id quod videt in me,
aut audit áliquíd¹⁵⁶ ex me. Et ne

magnitúdo revelatiónum extóllat me :
 datus est michi stímulus carnis mee
 ángelus Sáthane : qui me colaphízet.
 Propter quod ter Dóminum rogávi ut
 discéderet a me : et dixit michi,

Súfficit tibi grátia mea. Nam virtus in [26r.]
 infirmitáte perficitur. Libénter ígitur
 gloriábor in infirmitátibus meis : ut
 inhábitet in me virtus Christi.

GS:26; 1508:44r; 1513:26r.¹⁵⁷

035-05. Grad. I.




Ci- ant * gen-tes quó-ni- am no- men
 ti- bi De- us : tu so- lus al- tís-si-
 mus su- per om- nem ter- ram.

035-06.

De- us me- us pone il- los ut ro-
 tam : et si- cut stí-
 pu- lam an- te fá- ci- em * ven-

Dominica in sexagesima.



ti.

GS:27: 1508:44r; 1513:26r.¹⁵⁸

Tract.
VIII.



Ommo-vís- ti

* Dó-mi-ne

035-07.



ter-ram, et con-tur-básti e-




am. Sa-

na contri-ti-ó-nes




e- jus : qui- a mo- ta est.




Sa- na

na fá-ci- e



ar- cus :

ut li- be- rén-tur



di-lec- ti tu- i.

[*Evangelium*]¹⁵⁹ *secundum Lucam. viij. [4-15.]*

IN illo tēpore. Cum turba plū-
rima convenirent, et de civitatibus
properarent ad Jesum¹⁶⁰ : dixit per
similitudinem. Exiit qui séminat :
seminare semen suum. Et dum sé-
minat : aliud cecidit secus viam, et
conculcatum est : et volúces celi
comedérunt illud. Et aliud cecidit
supra petram : et natum áruit : quia
non habébat humórem. Et aliud
cecidit inter spinas : et simul exórte
spine, suffocavérunt illud. Et aliud
cecidit in terram bonam : et ortum
fecit fructum centuplum. Hec dicens
clamábat, Qui habet aures audiéndi,
áudiat. Interrogábant autem eum
discípuli ejus : que esset hec parábola.
Quibus ipse dixit, Vobis datum est
nosse mystérium regni Dei : céteris
autem in parábolis ut vidéntes non

videant : et audiéntes non intélligant.
Est autem hec parábola. Semen est
verbum Dei. Qui autem secus viam : hi
sunt qui áudiunt. Deinde venit dyá-
bolus et tollit verbum de corde eórum :
ne credéntes salvi fiant. Nam qui supra
petram : qui cum audierint : cum
gáudio suscípiunt verbum. Et hi
radices non habent : qui ad tempus
credunt : et in tēpore temptatiónis
recédunt. Quod autem in spinis¹⁶¹
cecidit : hi sunt qui audierunt : et a
sollicitudinibus, et divítiis, et volup-
tátibus vite eúntes suffocántur : et non
reférunt fructum. Quod autem in
bonam terram¹⁶² : hi sunt qui in corde
bono et óptimo audiéntes verbum
rétinent. Et fructum afférunt in
patiéntia.

GS:27; 1508:44v; 1513:26r.¹⁶³

035-08. Offert. IV.




D Erfi- ce * gres- sus me- os in sé- mi- tis
tu- is : ut non mo-ve-án- tur vestí- gi- a me- a,

Dominica in sexagesima.




incli- na au- rem tu- am et ex-áudi verba me- a :




mi-rí- fi-ca mi- se-ri-cór-di- as tu- as qui sal-vos fa-cis



spe-rántes in te Dómi- ne. *℣.* Ex-áudi Dó- mi- ne




justí- ci- am me- am : intén- de de-pre-ca-ti- ó-nem



me- am : áuri- bus pér- ci-pe o-ra-ti- ó- nem me-



am. *℣.* Cus-tó-di me Dó-mi- ne ut pu-píl-lam



ó- cu-li : sub umbra a-lá- rum tu- á- rum pro-



té-ge me : é-ri-pe me Dó- mi- ne ab ím- pi- o.

035-09.

035-10.

Secreta.

Inténde quésumus Dómine hóstiam famílie tue : ut quam sacris munéribus¹⁶⁴ facis esse partícipem :

tríbuas ad ejus plenitúdinem perveníre.
Per Dóminum.

Prefatio quotidiana.


GS:27; 1508:45r; 1513:26r.

Comm.
VIII.

035-12. 

N-tro-í- bo * ad al-tá-re De- i : ad De-

um qui le-tí- fí- cat ju-ven-tú- tem me- am.



Postcommunio.

Supplices te rogámus omnípotens Deus, ut quos tuis réficis sacraméntis : tibi étiam plácitis mó-

ribus dignánte deservíre concédas.
Per Dóminum.

¶ *Feria iiij.*

[*Epístola*]¹⁶⁵ *ad Corinthios. II. j. et. ij. [j. 23-ij. II.]*

Fratres. Ego testem Deum ívoco in ánimam meam : quod parcens vobis non veni ultra Corínthum : non quia dominámur fidéi vestre : sed adjutóres sumus gáudii vestri : nam fide statis. Státui autem hoc ipsum apud me : ne íterum in tristícia venírem ad vos. Si enim contrístor vos : et quis est qui me letíficet nisi qui contristátur ex me ? Et hoc ipsum

scripsi vobis : ut non cum vénero tristíciam super tristíciam hábeam, de quibus oportúerat me gaudére : confidens in ómnibus vobis : quia meum gáudium ómnium vestrum est. [26v.] Nam ex multa tribulatióne et angústia cordis scripsi vobis per multas láchrimas : non¹⁶⁶ contristémini : sed ut sciátis quam charitátem hábeam abundántius in vobis. Si quis autem

contristávit me non me contristávit : sed ex parte, ut non ónerem omnes vos. Súfficit illi qui hujúsmodi est objurgátio hec que fit a plúribus : ita ut econtrário magis donétis et conso- lémini : ne forte abundantíori tristítia absorbeátur, qui hujúsmodi ¹⁶⁷ est. Propter quod obsécro vos ut con- firmétis illum in charitáte. Ideo enim

et ¹⁶⁸ scripsi vobis : ut cognóscam experiméntum vestrum, an in ómnibus obediéntes sitis. Si cui autem áliquid donástis : et ego. Nam et ego quod donávi, si quid donávi propter vos in persóna Christi ¹⁶⁹ ut non circum- veniámur a Sáthana. Non enim igno- rámus cogitatiónes ejus.

¶ [*Evangelium*]¹⁷⁰ *secundum Marcum. iiij.*¹⁷¹ [1-9.]

IN illo témpore. Cepit Jesus dócere¹⁷² ad mare : et congregáta est ad eum turba multa : ita ut in¹⁷³ navim ascéndens séderet in mari. Et omnis turba circa mare super terram erat. Et docébat illos in parábolis multa : et dicébat illis in doctrína sua, Audíte. Ecce éxiit séminans ad semi- nándum. Et dum séminat : áliud cécidit circa viam : et venérunt volúces celi et coméderunt illud. Aliud vero cécidit supra petrósa ubi non hábuit terram multam : et statim exórtum est :

quóniam non habébat altitúdinem terre : et quando exórtus est sol exestuávit : et eo quod non háberet radicem exáruit. Et áliud cécidit in spinas : et ascendérunt spine et suf- focavérunt illud : et fructum non dedit. Et áliud cécidit in terram bonam : et dabat fructum ascendéntem et cres- céntem : et afferébat unum tricé- simum, et unum sexagésimum, et unum centésimum.¹⁷⁴ Et dicébat, Qui habet aures audiénda áudiat.

¶ *Feria sexta.*

[*Epistola*]¹⁷⁵ *ad Corinthios. II. v.* [11-15.]

FRatres. Sciéntes timórem Dó- mini, homínibus suadémus : Deo autem manifésti sumus. Spero autem et in consciéntiis vestris, maniféstos nos esse. Non enim íterum com- mendámus nos vobis : sed occasiónem

damus vobis gloriánda pro nobis : ut habeátis ad eos qui in fácie gloriántur, et non in corde. Sive enim mente excédimus Deo : sive sóbrii sumus vobis. Cháritas enim Christi urget nos estimántes hoc : quóniam si unus pro

ómnibus mórtuus est : ergo omnes mórtui sunt. Et pro ómnibus mórtuus est Christus : ut et qui vivunt, jam non

sibi vivant : sed ei qui pro ipsis mórtuus est, et resurréxit.

¶ [*Evangelium*]¹⁷⁶ *secundum Lucam. xvij. [20-37.]*

IN illo témpore. Interrogátus Jesus a phariséis, quando venit regnum Dei : respóndit eis et dixit, Non véniet regnum Dei cum observatióne : neque dicent, Ecce hic : aut ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra vos est. Et ait ad discipulos suos, Vénient dies quando desiderétis vidére unum diem Filii hóminis : et non vidébitis. Et dicent vobis, Ecce hic, et ecce illic. Nolíte ire : neque sectámini. Nam sicut fulgur chorúscans de sub celo in ea que sub celo sunt fulget : ita erit Fílius hóminis in die sua. Primum autem opórtet illum multa pati : et reprobári a generatióne hac. Et sicut factum est in diébus Noe : ita erit et in diébus Fílii hóminis. Edébant, et bibébant : uxóres ducébant, et dabántur ad núptias : usque in diem qua intrávit Noe in archam : et venit dilúvium, et pérdidit omnes. Simíliter sicut factum est in

[27r.]

diébus Loth : edébant et bibébant : emébant et vendébant : plantábant et edificábant. Qua die autem éxiit Loth a Sodómis : pluit ignem et sulphur de celo et omnes pérdidit. Secúndum hec erit : qua die Fílius Hóminis revelábitur. In illa hora qui fúerit in tecto et vasa ejus in domo : ne¹⁷⁷ descéndat tóllere illa. Et qui in agro : simíliter non rédeat retro. Memores estóte uxóris Loth. Quicúmque quesierit ánimam suam salvam fácere : perdet illam. Et quicúmque perdiderit illam : vivificábit eam. Dico vobis : in illa nocte erunt duo in lecto uno : unus assumétur et alter relinquétur. Due erunt moléntes in unum : una assumétur, et áltera relinquétur. Duo in agro : unus assumétur, et alter relinquétur. Respondéntes dicunt illi, Ubi, Dómine ? Qui dixit illis, Ubicúnque fúerit corpus : illuc congregabúntur et aquíle.

☩ *Dominica in quinquagesima.*

[*Ad missam.*]¹⁷⁸

GS:27; 1508:45r; 1513:27r.¹⁷⁹

Offic.
VI.



S-to michi * in De- um pro- tec-tó- rem : et in

lo-cus re-fú-gi- i ut salvum me fá-ci- as : quó-ni- am

firmaméntum me- um et re-fú-gi- um me- um es tu : et

prop-ter nomen tu- um dux mi- chi e- ris, et e-nú- tri-

es me. *Ps.* In te Dómi ne spe-rá-vi non confúndar in

e-térnum : in justí-ci- a tu- a lí-be-ra me et é- ri-pe me.

Oratio.

☩ Reces nostras quésumus Dómine
cleménter exáudi : atque a pec-

catórum vínculis absolútes, ab omni¹⁸⁰
adversitáte custódi. Per Dóminum.


¶ [Epistola]¹⁸¹ ad Corinthios. I. xiiij. [I-13.]

FRatres. Si linguis hóminum loquar et angelórum, charitátem autem non hábeam : factus sum velut es sonans, aut cýmbalum tínniens. Et si habúero prophétiam et nóverim mystéria ómnia et omnem sciéntiam : et si habúero omnem fidem, ita ut montes tránsferam : charitátem autem non habúero, nichil sum. Et si distribúero in cibos páuperum omnes facultátes meas : et si tradídero corpus meum ita ut árdeam : charitátem autem non habúero, nichil michi prodest. Cháritas pátiens est : benígna est. Cháritas non emulátur non agit pérperam : non inflátur : non est ambiósa : non querit que sua sunt. Non irritátur : non cógitat malum : non gaudet super iniquitate, congaudet

autem veritáti. Omnia suffert : ómnia credit : ómnia sperat : ómnia sústinet. Cháritas nunquam éxcidit. Sive prophétie evacuabúntur : sive lingue cessábunt : sive sciéntia destruétur. Ex parte enim cognóscimus¹⁸² : et ex parte prophetámus. Cum autem vén-erit quod perféctum est : evacuábitur quod ex parte est. Cum essem párvulus : loquébar ut párvulus : sapiébam ut párvulus : cogitábam ut párvulus. Quando autem factus sum vir : evacuávi que erant párvuli. Vidémus nunc per spéculum in enigmáte : tunc autem fácie ad fáciem. Nunc cognóscó ex parte tunc autem cognóscam sicut et cógnitus sum. Nunc autem manent fides, spes, cháritas, tria hec : major autem horum est cháritas.

GS:28; 1508:45r; 1513:27r.¹⁸³

036-04. Grad. III.




U es * De- us qui fa- cis mi-ra- bí- li- a so- lus : no- tam fe- cis- ti in gén- ti- bus vir- tú- tem tu- am.

Dominica in quinquagesima.




036-05.

Li-be-rásti in brá-chi-o tu-o



pó- pu- lum tu-



um : fí-li-os Isra-el,



* et Jo-seph.


GS:28; 1508:45v; 1513:27r.¹⁸⁴

Tract.
VIII.




036-06.


Ubi-lá-te * Dó-mi-no omnis terra :



sérvi-te Dómi-no in le-tí-



ci-a. ¶ In-trá-te in conspéc-tu e- jus in ex-ul-



ta-ti- ó- ne sci-tó-te quod Dómi-nus ip-

[27v.]

Dominica in quinquagesima.

se est De- us. Ip- se fe- cit nos et
 non ip- si nos : nos autem pó- pu- lus
 e- jus et o- ves pás- cu- e * e- jus

¶ [Evangelium]¹⁸⁵ secundum Lucam. xvij. [31-43.]

IN illo témpore. Assúmpsit Jesus duódecim discipulos suos et ait illis, Ecce ascéndimus Hierosólymam : et consummabúntur ómnia que scripta sunt per prophétas de Fílio hóminis. Tradétur enim géntibus, et illudétur : et flagellábitur, et conspuétur. Et postquam flagelláverint, occídent eum : et die tértia resúrget. Et ipsi nichil horum intellexérunt. Erat autem verbum istud absconditum ab eis : et non intelligébant que dicebántur. Factum est autem cum appropinquáret Hiérico : cecus quidam sedébat secus viam méndicans. Et cum audíret turbam pretereúntem interrogábat quid hoc

esset. Dixérunt autem ei : quod Jesus Nazarénus transíret. Et clamávit dicens, Jesu Fili David : miserére mei. Et qui preíbant, increpábant eum ut taceret. Ipse vero multómagis clamábat, Fili David : miserére mei. Stans autem Jesus : jussit illum addúci ad se. Et cum appropinquásset : interrogávit illum dicens, Quid tibi vis faciam ? At ille dixit, Dómine : ut vídeam. Et Jesus dixit illi, Réspice. Fides tua te salvum fecit. Et conféstim vidit : et sequebátur eum magníficans Deum. Et omnis plebs ut vidit : dedit laudem Deo.

GS:29; 1508:46r; 1513:27v.¹⁸⁶


Offert.

III.




036-07.


Ene-díc-tus es * Dómi- ne, do-ce me justi- fi-




ca-ti-ó- nes tu- as, be-ne-díc-tus es * Dómi- ne



do-ce me justi- fi-ca-ti-ó- nes tu- as



in lá-bi- is me- is pronunci- á- vi




ó-mni- a ju-dí- ci- a o- ris tu- i.




036-08.

℣. Be-á- ti imma-cu-lá- ti in vi- a : qui ám-bu- lant




in le-ge Dó- mi- ni, be-á- ti qui scru-tán- tur testi-



mó- ni- a e- jus : in to-to corde

Dominica in quinquagesima.



exquírun- e- um. *Alius* ✠. Au-fer a ple-
 be tu- a obróbri- um et contémp- tum : qui- a mandá-
 ta tu- a non sumus ób-li-ti Dó- mi- ne.

Secreta.


Hec hóstia quésumus Dómine
 emúndet nostra delícta : et ad
 sacrificium celebrándum : subditórum

tibi córpora, mentésque sanctíficet.
 Per Dóminum.

Prefatio quotidiana.

GS:29; 1508:46r; 1513:27v.¹⁸⁷

036-11. Comm. I.



 Andu-ca-vé-runt * et sa-tu-rá-ti sunt ni-mis, et
 de-si-dé-ri- um e- ó- rum áttu-lit e- is Dómi- nus :
 non sunt fraudá-ti a de-si-dé-ri- o su- o.

Dominica in quinquagesima.

Postcommunio.

 Uesumus omnípotens Deus : ut		per hec contra advérsa ómnia muni-
qui celéstia aliménta percépimus :		ámur. Per Dóminum.

Dñica in septuagesima. Fo. xlii.

Ad missam
Officium.



Circundederunt me gemitus mortis dolores inferni

circunde derunt me et in tribulatione mea in-

uoca ui dominū et exaudiuit de tēplo sācto su o vo-

cem me am. ps. O iligam te domine fortitudo mea do-

minus firmamentū meū et refugium meū ⁊ liberator meus.

Ab hac die vsq; ad vigiliā pasche non dicitur Gloria in excelsis. de quocunq; dicitur missa nisi episcopus in cena domini celebraverit: tunc ad missam Gloria in excelsis. Oratio Preces populi. Epistola Quiescit q; huj.

Gradale.



Ad iu- toꝝ in opoꝝtu ni ta ti bus

in tribulatio ne sperent in te qui noue runt

te quoniā non derelinquis que-

rentes te do mine.

ps. Quoniam non

f. ii.

Notes, pages 169-242.

¹ 1508:36v.

² 1508:36v.

³ 1508:36v.

⁴ 'induantur', 1508:36v.

⁵ 1526:18r.

⁶ 1494:22v. 'pertingere valeámus'.

⁷ 1508:36v.

⁸ 1508:36v.

⁹ 1526:18r.

¹⁰ 1526:18r.

¹¹ 1508:36v.

¹² In AS:88. 'vobiscum' is set G.GAGFE.E; 'sancti' is set GGf.FE. In PEN:34v. 'Evangélii' is set F.ED.DE.DEG.G. In BL-52359:64v. 'Lucam' is set GGAGFE.E. The crosses are found in 1508:36v.

¹³ The 'Qui fuit' section cycles through nine small phrases. Each third phrase comes to rest on the finalis. In AS:88-89. bar lines group the 'Qui fuit N.' phrases in threes. This is followed in the edition. 1519:108r. groups the phrases in threes but with an irregular grouping of two near the beginning (Matathie, Amos) and with a group of four at the end (Enos, Seth, Adam, Dei).

The Sarum sources include considerable variants in the spelling of the Hebrew names, as the following list indicates : Joseph, Hely/Heli, Mathat, Levi, Melchi, Janne, Joseph, Matathie/Mathathie, Amos, Nahum/Naim/Naum, Heli/Helsi/Ely/Hesli, Nagge, Maath/Mathat/Mahath/Maaht, Matathie/Mathathie, Semei, Joseph, Juda, Johanna/Joanna, Resa, Zorobabel, Salathiel/Salachiel, Neri, Melchi, Addi, Thosan/Cosan/Cosam, Elmadan/Helmadan/Helmadam, Her, Jesu/Jhesu, Elieser/Eliezer/Eliazar/Helieser/Heliazar, Jorym/Jorim, Matath/Mathat, Levi, Symeon/Simeon, Juda, Joseph, Jona, Eliachim/Elyachim/Elyachym/Eliakim, Melea/Melca/Melcha, Menna, Matatha/Mathatha, Nathan/Natham, David, Jesse, Obeth/Obed, Booz/Boz, Salmon, Naason/Naasson, Aminadab, Aram, Esrom/Esron, Phares, Jude, Jacob, Isaac/Ysaac, Abrahe, Thate, Nachor, Seruch/Sarug/Saruch/Seruth, Ragau, Phaleg/Phalech, Heber, Sale, Chaynam/Cainan/Chainam/Caynan, Arphaxat/Arphaxad, Sem, Noe, lamech/Lameth, Mathusale/Methusale/Matusale, Enoch/Henoch, Jareth/Jard, Melalehel/Malaleel, Chaynam/Cainan/Chainam/Caynan, Enos/Henos, Seth, Adam.

In the following notes numbers in parentheses refer to lines of the music.

(1) In 1519:108r. 'baptizarétur' is set A.CC.AG.AAG.FEF. In AS:88. 'omnis' is set GFED.E.

(2) In BL-52359:64v. 'baptizáto' is set D.EG.GGF.E.

(3) In BL-52359:64v. 'descéndit' is set A.BBCb.A. In PEN:34v. no flat appears; 'corporáli' is set G.GFEG.AABG. The flat appears only in AS:88.

(4) In AS:88. 'ipsum' is set DE.G. In 1508:36v. and 1519:108r. 'ipsum' is set EFG.G. The flat appears only in AS:88.

(5) In 1508:36v. 'celo' is set GFE.F. In PEN:34v. 'celo' is set GFE.F. In BL-52359:64v. 'facta' is set

AABA.GFEFFE.

- (6) In 1519:108r. 'ipse' is set ABA.FFE.
- (7) In 1519:108r. 'triginta' is set D.EFG.G.
- (8) In AS:88. 'fuit Mathat' is set G.FFE E.E.G. In BL-52359:64v. 'filius' is set AAB.G.GFEF.
- (10) In 1519:108v. 'Mathathie' is set G.A.A.B. In 1508:36v. the first 'fuit' is set FF.EFG; the second 'fuit' is set ABC.BCBAG.
- (11) In BL-52359:64v. 'Qui fuit Helsi' is set to the melody of the following phrase: G FFE.D E.G.
- (13) In 1508:36v. and 1519:108r. 'Mathathie' is set G.A.A.B. In PEN:34v. the first 'fuit' is set C.BAG. In BL-52359:64v. 'Semei' is set A.B.B.
- (14) In 1508:36v. the first 'fuit' is set DEDCB.C.
- (15) In BL-52359:64v. 'Zoróbabel' is set C.D.E.E. In PEN:34v. 'Neri' is set AGF.FEE.
- (16) 1519:108v. has 'Thosan.' In BL-52359:64v. the three phrases use the music of the following line.
- (17) 1519:108v. has 'Helmádan.' In 1508:36v. the second 'fuit' is set DEDCB.C. In BL-52359:64v. 'Qui fuit Her' is set to the phrase BC.CBAG.A.B; 'Qui fuit Jesu' is set to the phrase D.FFD.FEG.FE.E.
- (18) 1519:108v. has 'Heliéser.' In BL-52359: the first 'fuit' is set FEEFD.C.
- (19) 1531:53r. has 'Matath.' In 1519:108v. 'Sýmeon' is set A.A.B. In 1508:36v. 'Mathat' is set AGF.FEE. In 1508:36v, 1519:108r. and PEN:34v. 'Sýmeon' is set A.A.B.
- (21) 1519:108v. has 'Elíachim.' Some Sarum sources have 'Melcha' F.GG.
- (22) In 1519:108v. 'Máthata' is set A.GFFE.E. In AS:88. 'Mathátha' is set G.GGFE.E; the third 'fuit' is set GAB.BC. In 1508:36v. 'Mathátha' appears to be set A.GF.FE.E. In BL-52359. 'Mathátha' is set GAF.FE.E.
- (24) In 1508:36v. the second 'fuit' is set DEDCB.C. In AS:88. 'Booz' is set D.DCB.
- (25) In 1508:36v. 'Naáson' is set C.D.E; the third 'fuit' is set FEF.G. In BL-52359. 'fuit Naáson' is set FED.C D.E.E.
- (28) In PEN:34v. the second 'Qui' is set FE.
- (29) In AS:89. 'fuit Ragau' is set GABBC.G A.A.
- (29) In 1508:36v. and PEN:34v. 'Ragau' is set as two syllables, G.AA.
- (30) In 1519:109r. 'fuit Heber' is set FED.EFG FE.E.
- (31) In 1519:109r. 'fuit Cáynan' is set DE.DCBCD C.CB.B; 'fuit Sem' is set FEEFDC.D E. In AS:88. 'Cháynan' is set DC.CB.B; the third 'fuit' is set FEFD.CD.
- (33) In 1519:109v. 'Mathúsale' is set G.G.A.B. In 1508:36v. the second 'fuit' is set FF.EFG. In AS:88. 'Mathúsale' is set G.A.A.B.
- (34) In 1519:109v. 'fuit Malaléel' is set ABC.BCBA G.A.B.B; 'Chaynan' is set C.BBA.A. In AS:88. 'Malaléel' is set G.A.B.B; 'Cháynam' is set DC.CB.B.
- (35) In AS:88. the second 'fuit' is set FEFD.CD.
- (36) In AS:89. 'fuit Dei' is set AGFEF.G AGFFE.E. In 1508:36v. 'Dei' is set AGF.FEE. The conclusion, beginning at 'Spíritu', appears in GS:pl. j.

¹⁴ 1508:38r.

¹⁵ 1508:38r.

Dominica in quinquagesima.

- ¹⁶ 1508:38r.
- ¹⁷ 1508:38r.
- ¹⁸ 'Epistola', 1508:38r; GS:pl. j.
- ¹⁹ GS:19. begins at 'Surge'. GS:pl. j. ends at 'quia glória'. 1508:38r. has no flats. In 1508:38r. the final syllable of 'annunciántes' is set FGAGACDCCAFGAGAGGF. In GS: pl. j. 'laudem Dómino' is set C.A.C.A.G. GS:pl. j. omits last 4 notes of 'Surge'.
- ²⁰ In 1508:38v. 'Dóminum' is set GFGAGA.A.AGFECFD.
- ²¹ In a 1508:38v. sets 'Epiphaniam' as G.G.G.B.G. This appears to be an error. cf. *Hymn Melodies*:(III) and *TUS*-2:88. In b 1555P:16v. has 'veri'. In b 1532:40r. sets 'adórant' C.AA.A. None of f² appears in 1508. 1527. or 1532. f² is here reconstructed on the basis of f¹.
- ²² 1508:39r.
- ²³ 1508:39v.
- ²⁴ 'Cum ergo', *Vulgate*.
- ²⁵ 'Juda', *Vulgate*.
- ²⁶ 'ei' does not appear in the *Vulgate*.
- ²⁷ In 1508:39v. the final syllable of 'Arabum' appears three notes earlier; 'adorábunt' is set C.CD.DCDCCA; 'terre' is set GBAG.AGAGG.
- ²⁸ In 1508:39v. 'Vidimus' is set EFG.AGA.GFGFFD; 'stellam' is set A.C; 'adoráre' appears to be set F.GA.A.GGAGFGAG.
- ²⁹ 1508:39v.
- ³⁰ 'sine', 1508:39v.
- ³¹ 'Quarta', 1508:39v.
- ³² 1508:39v.
- ³³ 1526:19v.
- ³⁴ 1526:19v.
- ³⁵ 'Epistola', GS:19.
- ³⁶ The lesson is a paraphrase and extrapolation from Isaiah *xxv.* 1. *xxxv.* 1. 2. 10. *xlj.* 18. *lij.* 13. and *xij.* 3-5.
- ³⁷ 'gáudio', 1526:19v.
- ³⁸ 'Sumptum', 1526:20r.
- ³⁹ 'impérii nomen' is the most frequently to be found in the Sarum sources; less common are 'impérium numen' (1508:39v.), 'impérium nomen', and 'impérii numen'. [Einsedeln 121:53. has 'imperium non deest'.] No flat appears in GS:20. GS:20. gives only the first half of the psalm-verse, followed by the psalm-tone ending accompanied by the word 'Amen'.
- ⁴⁰ 'pro', GS:20.
- ⁴¹ In 1508:39Br. 'Dóminus' is set GBCD.F.EDEFFE. GS:20. has no flat. In 1508:39Br. the second syllable of 'justíciam' is set GACDCBGAGCGA. In GS: the final note is G.
- ⁴² 1508:39Br. has a stray flat before the last 6 notes of the piece, but omits the preceding F. This appears to be a printer's error.

Dominica in quinquagesima.

⁴³ 1508:39Bv.

⁴⁴ 1508:39Bv.

⁴⁵ In 1508:39Bv. 'Jubiláte' is set F.F.ACAGABG.F. GS:20. has no flat at 'omnis' or at the second 'terra'. 1508:39Bv. has no flat at the first 'terra'. In 1508:39Bv. the first 'terra' is set FACEDCBCBBABABCGFGF.F. At the melisma of 'jubiláte 1508:39Bv. omits the repetition of the figure CEDCAC. 1508:39Bv. has a flat before 'sérvite'. In 1508:39Bv. the second 'omnis' begins ACCDCC. In 1508:39Bv. 'Dómino' begins CCADCDEDCDCA.

⁴⁶ GS:21. has no flats. In 1508:39Bv. querebátis' is set G.FF.FGF.F; 'Patris' is set CCC.C; 'opórtet' begins EF.DG; 'sunt' is set AFA.

⁴⁷ 1508:39Bv.

⁴⁸ 'subsequentibus', 1508:40r.

⁴⁹ 1508:40r.

⁵⁰ 'incrédulis', 1526:20v.

⁵¹ 1508:40r.

⁵² 'sedébat', 1498:22v, *Vulgate*.

⁵³ 'Qui autem resístit ipse sibi damnatióem acquírit.', 1526:21r.

⁵⁴ 'Nam príncipes qui principántur', 1526:21r.

⁵⁵ 'Ideo enim', 1526:21r, *Vulgate*.

⁵⁶ 1508:40r.

⁵⁷ 'Egréssus Jesus.', 1508:40r.

⁵⁸ 1508:40r.

⁵⁹ GS:20. provides only the first part of the psalm-verse, followed by the psalm-tone ending accompanied by the word 'Amen'.

⁶⁰ 1508:40r.

⁶¹ 1508:40r. has no flats. In 1508:40r. 'Dóminus' appears to be set AFGFED.GEFG.FF; 'eórum' ends ABAF.

⁶² In 1508:40v. the last syllable of 'virtútes' appears one note earlier. GS:22. omits the last ten notes of the final melisma. GS:22. omits the flat at 'eum'.

⁶³ 1508:40v.

⁶⁴ 1508:40v. has no flat at 'terra', but does include a flat at 'jubiláte' at the beginning of a new line. In GS:22. the end of the melisma is CCAGD. In 1508:40v, the final syllable of 'jubiláte' appears two notes later. 'quanta fecit Deus', 1508RM:20r; 1515:29r. In 1508:40. the second syllable of 'Dóminus' appears 2 notes later. GS:22. omits 'allelúya'.

⁶⁵ 'Placáre Dómine sacrificio singulári : ut hoc cléius nobis misericórdie tue dona concíliet : quod tibi super omnes hóstias voluísti munus offérrí. Per Dóminum.' 1498:23v.

⁶⁶ 1508:40v.

⁶⁷ 'Dixit Dóminus', 1513:21r. GS:22 has no flat at 'architriclino'. In 1508:40v. 'gustásset' is set AG.ACAC.AA.

⁶⁸ 1508:41r.

Dominica in quinquagesima.

- ⁶⁹ 'quod', *Vulgate*.
- ⁷⁰ 'poténtiam', 1513:21r. 'patiéntiam', *Vulgate*. Most Sarum missals have 'patiéntiam'.
- ⁷¹ 1508:41r.
- ⁷² 'Et egréssus inde', *Vulgate*. 'Descéndet Jesus.', GS:23. In GS:23. this Gospel appears to be exchanged with the following one.
- ⁷³ 'fábie filius et Marie', 1526:22r.
- ⁷⁴ 'et pax', *Vulgate*.
- ⁷⁵ 1508:41r.
- ⁷⁶ 'Egréssus Jesus ábbit.', GS:23. In GS:23. this Gospel appears to be exchanged with the previous one.
- ⁷⁷ GS:23. includes only the incipit of the psalm-verse, followed by the mediation and ending of the psalm-tone, together with the word 'Amen.'
- ⁷⁸ 'osténde', 1498:24r.
- ⁷⁹ 1508:41r.
- ⁸⁰ 1508:41r. has no flats. In 1508:41r. 'tuum' is set AGACCAG.AGGF.
- ⁸¹ 1508:41v. has no flats. In 1508:41v. the last syllable of 'Allelúya' begins CDC | CCGAGF etc.; 'terra' is set CCBGABABFGCAGAG.G.
- ⁸² 1508:41v.
- ⁸³ 'in desérto', GS:23.
- ⁸⁴ 'tuum' does not appear in the *Vulgate*.
- ⁸⁵ 'álii', *Vulgate*.
- ⁸⁶ In 1508:41v. the second 'déterta' is set CB.C.CA; the third syllable of 'exaltávit' is set ACCCCCACBAG. In 1508:41v. '-vit me, non móriar' appears a third lower; non is set EFG; sed is set GAC; 'Dómini' is set AA.ACCBAB.BA.
- ⁸⁷ 1508:41v.
- ⁸⁸ 1508:41v.
- ⁸⁹ 'Et introívit íterum in synagógam', *Vulgate*.
- ⁹⁰ 1508:41v.
- ⁹¹ 'omínibus', 1513:22v.
- ⁹² 1508:41v. skips from here to the Gospel of the following Sunday.
- ⁹³ 1508:41v.
- ⁹⁴ This sentence is not in the *Vulgate*.
- ⁹⁵ 1508:41v.
- ⁹⁶ 'idípsum', *Vulgate*.
- ⁹⁷ 1508:41v.
- ⁹⁸ 'vocióne' is not in the *Vulgate*.
- ⁹⁹ 1508:41v.
- ¹⁰⁰ 'regnum celórum', 1526:23v.
- ¹⁰¹ 1508:41v.
- ¹⁰² 'manusetúdinem' is not in the *Vulgate*.

Dominica in quinquagesima.

¹³¹ 'An', 1515:24r; 1526:25r.

¹³² GS:43r. has no flat at 'tuo'. In 1508:43r. 'confitéri Dómino' appears a third lower; the final syllable of 'confitéri' appears two notes earlier. 'Quóniam magnificáta sunt', 1526:25r. GS:25. has no verses. In 1508:43r. 'inimíci' is set C.CBCA.A.FAGG.

¹³³ In 1508:43r. 'tuum' appears a third lower. In GS:25. 'salvum' is set CA.CD. In 1508:43r. 'in' is set AD.

¹³⁴ 'dominica forte', 1526:25r. 'die dominica', 1508:43v.

¹³⁵ 'semper', 1508:43v.

¹³⁶ 'iiij.', 1526:25r. 'ij.', GS:26.

¹³⁷ 1508:43v.

¹³⁸ 'festis sanctorum', 1526:25r.

¹³⁹ 'nichil fiat de festis iij. lectionum ad matutinas nec ad missam, nec etiam memoriam.', 1508:43v.

¹⁴⁰ 'ipse illúxit', 1526:25r.

¹⁴¹ 'córdibus', 1598:27v.

¹⁴² 1508:43v.

¹⁴³ 'eórum esset', 1555:22r.

¹⁴⁴ 'misit me.', *Vulgate*.

¹⁴⁵ This final sentence appears in Mark not here but at 4:9, 4:23, and 7:16.

¹⁴⁶ 1508:43v.

¹⁴⁷ 'Jesum a mórtuis', 1526:25v.

¹⁴⁸ 'multos in gratiárum actióne', 1526:25v.

¹⁴⁹ 1508:43v.

¹⁵⁰ GS:26. gives only the first half of the psalm-verse followed by the psalm-tone ending accompanied by the word 'Amen.'

¹⁵¹ 1508:43v.

¹⁵² 'et ego' does not appear in the *Vulgate*.

¹⁵³ 'Jesu Christi qui est benedictus in sécula : scit quod non méntior', *Vulgate*.


¹⁵⁴ 'néscio', *Vulgate*.

¹⁵⁵ 'nichil gloriábor', *Vulgate*.

¹⁵⁶ 'áliquid audit', *Vulgate*.

¹⁵⁷ In 1508:44r. 'Sciant' ends with 3 Fs. In GS:26. 'quóniam' is set D.FEF.GFG. 'nomen tibi Dóminus', 1526:26r. In 1508:44r. the last syllable of 'altíssimus' appears two notes later. GS:26. has no flat at 'rotam'.

¹⁵⁸ In 1508:44r. 'Dómine' begins GCCD.AAG.AF etc.; 'eam' is set thus:



In 1508:44r. 'Sana' begins GACDE etc. In GS:27. 'Sana' appears thus:

Dominica in quinquagesima.



1508:45r. has a flat at 'solus'. 1508:45r. has no flat at 'Joseph'. 1508:45r. omits the first note in the last syllable of 'pópulum'.

¹⁸⁴ 'Introíte', 1513:27r. In 1508:45v. 'terra' begins CC.CCDA etc.; 'sérvite' is set G.AFG.GACB. GS:28. has an accidental only at 'Deus'. 1508:45r. has no natural sign at 'Deus'. 1513:27r. indicates the beginning of a new verse at 'scitóte'. In 1508:45v. 'exultatióne' is set FAC.BGA.GFG.GA.CBC.CABCCCCBABAGAG; 'oves' is set FG.G; 'páscue' is set AGCC.GAGF.FACC. GS:28. omits the last fifteen notes of the final melisma.

¹⁸⁵ 1508:45v.

¹⁸⁶ GS:29. omits the verses. The second verse does not appear in 1492, 1494, 1497, or 1498. (Dickinson:123).

¹⁸⁷ 1508:46r. has no flat.